2. Quaerenti] *M. ed A. hanno l'iniziale miniata* — 3. res memoratu] *D.* res gestae (*espunto*) memoratu — 5. ante] *in D. aggiunta interlineare* - Christi] *in M. su litura; A.* Xp̄i — 12. ecclesiae] *in M. le prime due lettere su litura; A.* eclesiae — 16. ecclesiae] *in M. il secondo* c *aggiunto interlineare di diversa mano; A.* eclesiae — 19. summersa] *D.* submersa — 20. inspersae] *A.* insperse — 28. sumam] *D.* summam

ricis ita diligenter scriptae sint, ut quasi ante oculos positae dignoscantur, sed ne ignoret huius opuscoli lector, quo mundi anno natus sit Christus, a quo Christiani suae salutis initium et suorum temporum annos denumerant. A Christi vero nativitate usque ad nostram aetatem, quae secuta sunt tempora per singulos prosequar annos, unicuique anno si quid memoria dignum gestum erit breviter adscribens. Initium praeterea ponam summorum pontificum, ac etiam imperatorum et Caesarum, et successiones eorum: nec non aliorum regum quibus gentibus et quando quantoque regnaverint; quando quaedam fuerint conditae urbes; et quibus aetati- *c. 2 v* bus vita vel scientia vel gestis viri il'lustres extiterint. Nec solum nostrae salutis annos signabo, verum etiam mundi annos per decadas demonstrabo, ut clarius quo singula gesta sint tempore discernantur. Et ne in multiplici variarum rerum scriptura ordines confundatur hanc potissimum distinctionem servabo, ut numerorum tramites, qui per vicinitatem nimiam pene misti sunt, distinctione rubri coloris a nigro separentur, quae distinctio ita perpetua procedat, ut numerus qui erit in principio minio figuratus subsequatur in finem. Quo facto manifestius, ut arbitror, quaeque dignoscentur. Rogo igitur illum, qui aliquando hunc librum transcribet, ut diligenter eodem servato ordine transcribat, et quod transcripserit ad exemplaria conferat et emendet.

Explicit Praefatio.

---

3. denumerant] *M.* dinumerant *corretto in* denumerant — 7. regnaverint] *in M. aggiunto interlineare su litura* — 7-8. aetatibus] *A.* etatibus

INCIPIT LIBER DE TEMPORIBUS

A principio mundi sive ab Adam primo hominum usque ad diluvium, quod factum est sub Noe, computantur anni *IICCXLII*

A diluvio sub Noe usque ad nativitatem Abrahae numerantur anni *DCCCCXLII*

De suprascriptis temporibus nulla reperitur historia, nisi apud Hebreos. Quae sequuntur tempora etiam gentilis historia continet incipiens a Nino, Beli filio, qui regnabat Assyriis, quando natus est Habraam.

A nativitate Habraae ad eam repromissionem, quam fecit ei et semini suo Deus, interfuerunt anni *LXXV*

A facta repromissione Habraae usque ad nativitatem Moysis colliguntur anni *CCCL*

A nativitate Moysis ad egressum gentis hebraicae ex Egypto, cuius itineris ipse dux fuit, fuerunt anni *LXXX* c. 3 r

Ab egressu gentis hebraicae ex Aegypto usque ad captivitatem Troyae numerantur anni *CCCXXX*

A captivitate Troyae usque ad Romam conditam colliguntur anni ccccxxv, quibus temporibus regnaverunt in Italia Latinorum reges, quorum primus fuit Aeneas *CCCCXXV*

A condita autem Roma usque ad conditam Fluentiam, quae postea Florentia nuncupata est, quam romani milites a Lucio Silla Fesulas deducti condiderunt, computantur anni *DCLXVII*

A condita vero Fluentia usque ad initium imperii Caii Iulii Caesaris, qui primus Romanorum singulare obtinuit imperium, fuerunt anni *XLI*

Ab inito a Caio Iulio Caesare imperio usque ad nativitatem Iesu Christi, filii Dei, numerantur anni *XLVII*

Nascente apud Bethleem Iudeae Iesu Christo, Dei filio, apud Romanos regnabat Ottavianus imperator secundus iam annis xlii

Computantur omnes anni ab Adam et mundi principio usque ad nativitatem Domini nostri Iesu Christi anni V̄cxcviiij, qui et primus annus christianae salutis numeratur *V̄CXCVIIII*

---

2. A] *miniato in M.; le iniziali dei capoversi seguenti in rosso* — 3. computantur] *in M. l'*m *su litura di* n — 4. sub] *in A. aggiunta interlineare* - ad nativitatem] *in M.* adnativitatem *con segno di divisione* - Abrahae] *A.* Habrahae; *D.* Habrae — 5. nisi] *in M. aggiunta interlineare* — 6. sequuntur] *A.* secuntur, *in M.* secuntur *corretto in* sequuntur - Nino] *D.* Nyno — 7. Habraam] *A. D.* Habraham — 8. Habraae] *A. D.* Habrahae — 10. Habraae] *A. D.* Habrahae - Moysis] *in M. l'*s *aggiunta di mano diversa* — 13. Troyae] *D.* Troiae — 15. Troyae] *D.* Troiae — 17. Aeneas] *D.* Eneas — 19. Silla] *A.* Sylla — 23. imperio] *in M. l'*m *su litura di* n - ad nativitatem] *M.* adnativitatem *con segno divisorio* — 25. Bethleem] *la sillaba* thleem *M. ed A. su litura* - Christo Dei filio] *M. su litura* — 26. Ottavianus] *D.* Octavianus — 28. et] *in M. aggiunta interlineare*

AA. Sal. christianae		Imperatorum	AA. M.
	c. 3 v	*Nascente Christo apud Romanos regnabat* OTTAVIANUS *imp. secundus iam aa.* XLII	
1	*Iesus Christus, filius Dei, in Bethleem Iudeae nascitur anno imperii Ottaviani Caesaris XLII; mundi vero anno V̄CXCVIIII, quo anno coepit Christianorum salus.*	*XLII*	
	Edicente Caesare Augusto prima descriptio census facta est per universum orbem Cyrino Syriae praesidente, in qua provincia Iuda Galanites in seditionem populos ortabatur, pessimum fore suadens, si acquiescerent solvere tributa Romanis.		
	Xistus pytagoricus philosophus agnoscitur.		
2	Augustus Tyberium et Agrippam in filios adoptavit.	*XLIII*	v̄cc
3	Herodes, cum Christi nativitatem magorum inditio cognovisset, universos in Bethleem parvulos iussit interfici.	*XLIIII*	
4	Ottavianus cibi minimi et vulgaris fuit: pisciculos tantum minutos et caseum bubulum vel virides ficus uvasve duracinas cum pane appetebat. Nec amplius ter in cena bibere solitus erat et profuso in aqua frigida pane pro potione utebatur.	*XLV*	
5	Arthenodorus tharsensis, stoicus philosophus, qui de tranquillitate animi doctissime scripsit, clarus habetur.	*XLVI*	
6	c. 4 r — Asinius Pollio, insignis orator, LXXX aetatis suae anno moritur.	*XLVII*	
	Herodes morbo intercutis et scaturientibus toto corpore vermibus miserabiliter et digne moritur.		
7	Archelaus in locum Herodis ab Augusto substituitur et Iudeorum principatum tenuit annis VIII.	*XLVIII*	
8	Fames ingens Romae, ob quam ingentes inopum turbae abire urbe sunt iussae.	*XLVIIII*	
9	Tyberius Caesar Dalmatas Sarmatasque in romanam redegit potestatem.	*L*	
10	Marcus Verius Flaccus grammaticus insignis habetur.	*LI*	
11	Athenienses res novas contra Romanos molientes opprimuntur, auctoribus seditionis occisis.	*LII*	
12	*Iesus Christus in medio doctorum disputat mirantibus illis eo, quod resistere sapientiae suae non poterant.*	*LIII*	v̄ccx
	Messala Corvinus, scriptor historicus, postquam per biennium memoriam amiserat, ulcere ilii circa sacram spinam nato, inedia moritur suae aetatis anno LXX.		
13		*LIIII*	
14	Censu Romae agitato, inventa sunt hominum nonagies et tercentena et sexaginta milia.	*LV*	
	Sotius, philosophus alexandrinus, Senecae praeceptor, clarus habetur.		
15	Archelao in Viennam, Galliae urbem, relegato, Iudeorum principatum tenet Herodes tetrarcha annis XXIIII.	*LVI*	
	Solis facta defectio.		

4. Bethleem] *M. litura; A.* Bettheleem *con* t *ed* e *espunti* — 5. Ottaviani] *D.* Octaviani — 9. ortabatur] *A.* hortabatur — 14. Bethleem] *M. A. litura* — 19. Tharsensis] *D.* Tarsensis — 23. toto] *A.* to toto — 28. iussae] *A.* iusse — 37. amiserat] *A.* ammiserat — 41. tercentena] *D.* trecenta — 42. Sotius] *D.* Socius - praeceptor] *M. D.* preceptor

AA. Sal. christianae		Imperatorum	AA. M.
	Ottavianus Augustus LXXVI aetatis suae anno Athelle in Campania moritur sepeliturque Romae in Campo Martio.		
		Imp. III. - TYBERIUS *an.* XXIII.	c. 4 v
16	Tyberius quasi coactus et querens miseram et onerosam iniungi sibi servitutem imperium recepit. Caius Asinius orator, Asinii Pollionis filius, a Tyberio necatur.	*I*	
17		*II*	
18	Tyberius dominus a quodam appellatus edixit, ne amplius se cum contumelia nominaret.	*III*	
19	Livius, romanarum historiarum scriptor, Patavi moritur. Ovidius poeta in exilio moritur et iuxta opidum Thomos sepelitur. Germanicus Caesar de Parthis tryumphat.	*IIII*	
20	Tredecim urbes terremotu conciderunt, quas Eusebius nominat.	*V*	
21	Fenestella, carminum et historiarum scriptor, moritur.	*VI*	
22	Tyberius multos reges ad se amice vocatos retinuit. Mazacam, nobilissimam Cappadociae civitatem, Caesaream appellari Tyberius iussit.	*VII*	v̄cc·v
23	Pompeij theatrum incensum. Tyberius Drusum consortem regni facit, qui sequenti anno veneno periit.	*VIII*	
24		*VIIII*	
25	Germanicus Tyberii per adoptionem filius veneno necatur.	*X*	
26		*XI*	
27	Philippus tetrarcha Peneadem civitatem Caesaream Philippi vocavit.	*XII*	
28	Pontius Pilatus procurator Iudeae a Tyberio mittitur.	*XIII*	
29	Herodes in Galilea Tyberiadem condidit civitatem.	*XIIII*	
30	Iohannes, filius Zachariae, in deserto predicans Christum, filium Dei, adesse ostendit, et ad se venientem in Iordane fluvio baptizavit.	*XV*	c. 5 r
31	*Iesus Christus, Dei filius, salutarem viam in populos predicans, miracula, quae in evangeliis scripta sunt, facit.* Iohannes Baptista, domini nostri Iesu Christi praecursor, iussu Herodis, Herodis filii, decollatur, Herodiadis filia a matre praemonita ipsius Iohannis caput postulante.	*XVI*	
32	*Iesus Christus discipulos suos divinis imbuens sacramentis, ut universis gentibus conversionem ad Deum nuntient, imperat.*	*XVII*	v̄ccxxv
33	*Iesus Christus, filius Dei, secundum prophetias, quae de eo praelocutae fuerant, a Iudeis crucifigitur et tertia die resurrexit a mortuis.*	*XVIII*	

1. Athelle] *M. A.* t *su litura* — 2. sepeliturque] *M. A.* l *su litura* — 4. querens] *D.* quaerens — 9. appellatus] *in M. il primo* p *aggiunta marginale* — 13. sepelitur] *M. A.* l *su litura* — 14. tryumphat] *M. A.* y *su litura d'* i — 18. reges] *M. aggiunta interlineare* — 21. Pompeij] *M.* j *agg. di mano diversa* — 27. Philippus] *D.* Phylippus - Peneadem] *A.* Paeneadem — 27-28. Philippi] *D.* Phylippi — 32. ostendit] *M. A. su litura* — 36. Christi] *M. litura; A.* Xpi - praecursor] *M.* p̄cursor *col* p̄ *su litura* — 37. Herodis filii] *D. omm.* — 38. praemonita] *M. D.* premonita — 42. crucifigitur] *M. A.* crucifiggitur; *in M. il* g *espunto*

AA. Sal. christianae		Imperatorum	AA. M.
	Solis facta defectio et tenebrae super universam terram diei hora sexta usque ad horam nonam.		
	Bythinia terremotu concussa est et in urbe Nycena aedes plurime corruerunt.		
	Pilatus Iudeae procurationem gerens nocte intempesta opertas imagines Caesaris Hierusolimam intulit et in templo collocavit. Quae res postridie cognita grandem inter Iudeos suscitavit tumultum, quasi profanatas leges suas viderent; cuius rei causa ad Pilatum proni corruerunt, deprecantes ut imagines tollerentur. Tunc Pilatus, armatis prius militibus, trucidaturum se omnes esse dixit, nisi imagines recepissent. Iudei (c. 5 v) quasi ex uno consilio ad mortem praeparati,' nudatas illicos cervices ad recipiendos ictus omnes proni paraverunt vociferantes se potius interfici velle quam sacram legem. Qua obstinatione motus Pilatus statuas iussit auferri. Haec tamen turbarum et seditionis prima causa apud Iudeos fuit.		
	Hierosolimorum ecclesiae primus episcopus ab apostolis ordinatur Iacobus, frater Domini.		
34	Stephanus lapidatur.	*XVIIII*	
	Saulus ad Christum convertitur.		
35	Pilatus sachrum thesaurum, quem Iudei corbonam vocant, in aqueductum expendens, per quem a trecentis aqua inducenda erat, secundae seditionis praebuit semina.	*XX*	
36	Agabus per prophetiae spiritum significat famem magnam futuram in universo orbe terrarum, quae facta est sub Claudio.	*XXI*	
	Iacobus, frater Iohannis apostoli, iubente Herode rege, capite truncatus occiditur.		
	Petrus apostolus ab Herode in carcere trusus et vinctus catenis duabus mirabiliter ab angelo liberatur.		
	Herodes, veste indutus regia et pro tribunali sedens, dum populo contionatur, ab angelo percussus et a verminibus statim corrosus interiit, ut in apostolorum actibus Lucas scribit. Iosephus vero, vernaculus Iudeorum scriptor, Agrippam regem, Aristobolis, filii maioris Herodis, filium et Herodis, qui regnabat in Calcide, fratrem, alteriusque Herodis, qui decollavit (c. 6 r) Iohannem,' ex fratre nepotem, tali morte perisse scribit anno aetatis suae LIIII imperii vero Claudii Caesaris anno tertio.		
	Persius Flaccus, satyricus poeta, Volaterris nascitur.		
37	Agrippas, accusator Herodis tethrarche, Romam profectus in vincula a Tyberio connicitur, eo quod publice deum precatus fuisset, uti mortuo statim Tyberio Caium cunctorum dominum videret.	*XXII*	
38	Pilato de Christianorum dogmate ad Tyberium referente, Tyberius inter caetera sacra Christianorum sacra recipienda	*XXIII*	

3. Nycena] *A.* Nicena — 6. imagines] *A.* ymagines - Hierusolimam] *A.* Hyrusolimam — 7. grandem] *D.* grandes — 8. tumultum] *D.* tumultus, *l's su litura* — 17. Hierosolimorum] *A.* Hierusolimorum; *in M. il primo* o *su litura di* u - ecclesiae] *A.* eclesiae; *M. il primo* c *aggiunto* — 21. sachrum] *A. D.* sacrum — 22. aqueductum] *A.* aquaeductum - a] *A. omm.; M. aggiunta interlineare* — 29. catenis] *A.* cathenis — 31. contionatur] *M.* continatur — 32. actibus] *D. aggiunta interlineare* — 32-33. Iosephus] *D.* Iosophus — 38. Volaterris] olat *in M. e A. su litura* — 39. tethrarche] *D.* tethrarchae — 40. connicitur] *D,* coniicitur — 41. Caium] *A.* Gaium

AA. Sal. christianae		Imperatorum	AA. M.
	etiam censuit et accusatoribus Christianorum comminatus est mortem.		
	Petrus apostolus antiochienam ecclesiam fundavit ibique cathedram adeptus sedit annis septem et inde profectus est Romam.		
	Multi senatorum et equitum romanorum necantur.		
	Tyberius Romam rediens, cum in Campaniam devenisset, vi morbi superante in lucullana villa moritur XVII kalendas aprilis, aetatis suae anno LXXVIII.		
		Imp. IIII. - GAIUS GALLICULA, *aa.* III, *mm* VIIII.	
39	Gaius Agrippam vinculis absolutum regem Iudeorum facit.	*I*	
	Gaius semet ipsum inter deos refert.		
40	Philo, insignis scriptor, apud Alexandriam claret, qui in magna Iudeorum seditione et clade legationem ad Caium suscepit.	*II*	
	Herodes Romam ad Caium venit, petens regni honore donari, sed Agrippas eum secutus fecit, ut Caius illum vehementer increparet et perpetuo dannaret exilio, post quae eius tetrarchia Agrippas potitur.		
41	Mattheus in Iudea evangelium primus scribit.	*III*	
	Pontius Pilatus in multas incidens calamitates propria se manu interficit.		
	Gaius Petronio, Syriae praefecto, praecepit, ut statuas suas in Hierosolimis inter alios deos sub nomine Iovis Optimi Maximi consacraret, quod Iudei maxima obstinatione negaverunt.		
	Toto orbe romano, sicut Philo scribit et Iosephus, praeter quam in sinagogis Iudeorum, statuae, imagines et arae Gaij Cesaris consecratae.		
	Gaius multos nobiles iussit interfici.		
	Gaius sorores suas, quibus stuprum intulerat, insularum exilio condemnavit.		
42	Gaius a protectoribus suis in palatio occiditur aetatis suae anno XXVIIII.	*IIII*	*Vccxl*
		Imp. V. - CLAUDIUS, *aa.* XIII. *mm.* X.	
43	Claudius nimios honores recusavit adeo se civilem et parem gerens, ut et praenomine imperatoris abstineret et auctoritate senatus non solum in publicis uteretur, sed in privatis quoque ius publicum a consulibus peteret. Cognitionibus vero et iudiciis magistratuum velut unus e collegis frequenter interfuit et domestica nimia sublata pompa veluti honoratus civis transegit, quibus officiis amoris favorisque plurimum brevi tempore conquisivit.	*I*	
44		*II*	

c. 6 r

c. 7 r

1. etiam] *D. omm.* — 3. ecclesiam] *A.* eclesiam; *in M. il primo* c *aggiunto posteriormente* — 15. Caium suscepit] *A.* Gaium suscepit *su litura* — 16. Caium] *M. A.* Gaium — 17. Caius] *M. A.* Gaius — 17-18. illum vehementer] *D.* vehementer illum - vehementer increparet] *M. su litura* — 18. dannaret] *D.* damnaret; *A.* dānaret — 23. suas] *A. aggiunta marginale* - Hierosolimis] *A.* Hierusolimis; *in M. il primo* o *su litura di* u — 25. consacraret] *D.* consecraret — 27. imagines] *A.* ymagines - Gaij] *A.* Gaii; *in M.* j *aggiunta posteriore* — 35. honores] *in D. precede* favores *espunto* - adeo] *in D. segue* ut *espunto* — 36. ut et] *A. aggiunta interlineare* - et] *A. aggiunta interlineare* — 39-40. collegis frequenter] *M. A. nel mezzo una litura* — 40. nimia] *M.* a *su larga litura*; *A.* nimi *seguito da una litura: forse precedentemente* nimi.a

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	PETRUS *apost. natione Galileus, Chr. pont. primus; sedit Romae aa.* XXV, *mm.* VII, *dd.* VIII.			
		Claudius aquas ex fontibus, qui vocantur Ceruleus et Curtius, a miliario XLV et rivum Anienis a miliario LXVII opere lapideo in urbem perduxit.		
45	*I*	Agrippas, Iudeorum rex, moritur aetatis suae anno LIIII.	*III*	
		Claudius regnum, quod Agrippas tenuerat, in provinciam redegit et in eius procurationem Cestium Festium misit, post quem Tyberius Alexander Cumanus et deinde Felix eandem provinciam rexere.		
		Fames ingens in universo orbe, quam Agabus in toto orbe futuram praedixerat.		
46	*II*	Herodes, qui regnabat in Calcide, diem obiit et in eius regno Agrippas, Agrippe filius et eiusdem Herodis avunculus, a Claudio substituitur.	*IIII*	
		Claudius de Britannis tryumphat et Orchadas insulas romano adicit imperio, in cuius gloriae memoriam filium suum Britannicum appellavit.		
47	*III*	Claudius circa haec tempora Fuscinum lacum esiccavit, undecim annos triginta hominum milibus sine intermissione operantibus.	*V*	
		Portum Hostiae Claudius extruxit dextra levaque duobus quasi brachiis obiectis.		
c. 7v 48	*IIII*	Maria Virgo, Iesu Christi mater, ad filium in celum assumitur, ut quidam fuisse sibi revelatum scribunt.	*VI*	
		Clodius rethor Romae insignissime docet.		
		Thracia in Romanorum provincia redigitur.		
49	*V*	Vespasianus, qui postea imperavit, a Claudio in Britanniam missus, vectam insulam Britannie a meridie proximam romano adicit imperio.	*VII*	
		Sub procuratore Iudeae Cumano in azimorum diebus tanta est Hierusolimis orta seditio ut in portarum exitu populu corruente $\overline{\text{XXX}}$ Iudeorum perierint.		
50	*VI*	Palemo vicentinus grammaticus Romae clarus habetur.	*VIII*	
51	*VII*	Caput heresium omnium et diabolice pravitatis in Christianos initium a Simone quodam samaritano, magicis artibus et opere demonum sublevato, hoc tempore coepit.	*VIIII*	
		Fames adeo ingens in Grecia, ut modius venderetur dragmis sex.		

4. Romae] *M.* Rome — 11. Tyberius] *M.* Tiberius — 12. et] *M. aggiunta interlineare* — 13. in universo orbe] *D.* per universam orbem — 15. qui] *A. litura* — 18. tryumphat] *M. A.* y *litura di* i — 19. adicit] *A.* adiecit 20. Britannicum] *A.* Brittannicum — 26. celum] *D.* coelum — 27. assumitur] *A.* assummitur — 31. Britanniam] *A.* Brittanniam - missus.... Brittannie] *D. omm.* - Britannie] *A.* Brittannie — 34. Hierusolimis] *D.* Hierosolimis — 35. perierint] *D.* corruerint — 38. heresium] *M. A.* ium *su litura* — 39. Simone] *D.* Symone — 41. coepit] *A.* cepit — 42. Grecia] *A. D.* Graecia

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Tres simul soles apparuerunt.		
52	*VIII*	Marcus ea, quae Romae Petrus predicaverat colligens, suum evangelium in Italia scripsit et in Aegypto eadem praedicavit et apud Alexandriam primam ecclesiam constituit.	*X*	
		Dyonisius Ariopagita prestabilis olim philosophus claret, qui a Paulo apostolo baptizatus divina studia ita coluit, ut caelos quoque penetraret et quae super caelos sunt ineffabili ordine egregie conscriberet.		*c. 8 r*
53	*VIIII*	Claudius Felicem procuratorem Iudeae mittit, apud quem Paulus apostolus accusatus in defensionem sui perorat.	*XI*	
54	*X*	Philippus, apostolus Christi, apud Hieropolim, Asyae civitatem, dum evangelium populo nuntiaret, cruci affixus lapidibus opprimitur.	*XII*	
55	*XI*	Multi in Iudea extiterunt, qui populum vana persuasione deciperent, inter quos Aegyptius quidam pseudo-propheta, qui pluribus sibi associaverat, in ipso magnarum rerum conatu ab exercitu Felicis opprimitur.	*XIII*	
56	*XII*	Claudius in palatio moritur suae aetatis anno LXIIII.	*XIIII*	
			Imp. VI. - NERO, *an.* XIII. *mm.* VIII.	
57	*XIII*	Seditio apud Caesaream Palestinae orta magnam Iudeorum multitudinem perdidit.	*I*	
58	*XIIII*	Felici in gubernatione Iudeae succedit Festus, apud quem, presente Agrippa rege, superioris Agrippe regis filio, Paulus apostolus suae religionis rationes exponens vinctus mittitur Romam.	*II*	
		Probus, grammaticorum eruditissimus, Romae agnoscitur.		
59	*XV*	Statius Surculus tolosanus in Gallia rethoricam docet.	*III*	
60	*XVI*	Ingens terremotus Romae. Et solis facta defectio.	*IIII*	
61	*XVII*	Nero Agrippinam, matrem suam, et sororem patris interficit.	*V*	
62	*XVIII*	Nero in Christianos primam persecutionem movet.	*VI*	
		Nero Romae citaristas publice superat.		
		Nero retibus piscabatur aureis, quae purpureis funibus extrahebat.		
		Festo, gubernatori Iudeae, succedit Albinus.		
63	*XVIIII*	Iacobus, frater Domini, qui cognominatus est	*VII*	

1. simul] *M.* simul simul; *il secondo espunto* — 4. Aegypto] *D.* Egipto — 5. ecclesiam] *M. D. il primo* c *aggiunto* — 7. baptizatus] *D. omm.* — 14. apostolus] *D. seguono espunte le parole* accusatus in defensionem - Hieropolim] *D.* Hierosopolim — 15. Asyae] *D.* Asiae — 18. Aegyptius] *D.* Egiptius — 28. presente] *A.* praesente — 28-29. Agrippe] *D.* Agrippae — 33. rethoricam] *D.* rhetoricam — 41. citaristas] *D.* cytaristas

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		iustus, a Iudeis lapidibus opprimitur, post quem Hierosolimorum ecclesiae prefuit Simeon.		
64	*XX*	Ante mensam Neronis fulmen cecidit.	*VIII*	
65	*XXI*	Alexandrinae ecclesiae post Marcum evangelistam praesidet Ammianus annis XXII.	*VIIII*	
		Persius volaterranus, satyricus poeta, moritur aetatis suae anno XXVIIII.		
66	*XXII*	Marcus Anneus Lucanus cordubensis poeta in pisoniana coniuratione deprehensus, brachium ad secundas venas medico prebuit et emanante sanguine animam expiravit.	*X*	
		Nero, ut similitudinem Troyae ardentis videret, magnam partem romanae urbis iussit incendi.		
		Albino, procuratori Iudeae, succedit Cestius Florus, sub quo Iudei contra Romanos bellum gessere, in quo apud Caesaream Palestine supra viginti hominum milia caesa sunt.		
		Iunius Anneus Seneca, declamator egregius,' dum a Nerone duceretur, propria se manu interficit. (c. 9r)		
67	*XXIII*	Coctio rege defuncto, Alpes Coctiae in provinciam rediguntur.	*XI*	
		Multi nobilium iussu Neronis sunt interfecti.		
		Nero rursus cytaristas et tragedos superans coronatur.		
		Lucius Anneus Seneca cordubensis, praeceptor Neronis et patruus Lucani poetae, venarum incisione et hausto veneno periit.		
68	*XXIV*	Nero iterum cytaristas et tragedos superans coronatur.	*XII*	
69	*XXV*	Nero plures insignes viros et Ottaviam, uxorem suam, interficit.	*XIII*	
		Cornutus philosophus, praeceptor Persii, in exilium mittitur.		
		Contra Iudeos, qui Cestii Flori avaritiam non ferentes rebellabant, mittitur Vespasianus, qui prospere pugnans variis praeliis Iudeos superat et plurimas eorum urbes capit.		
70	*XXVI*	Nero persecutionem in christianos facit, in qua Petrus et Paulus gloriose necantur.	*XIIII*	
		Musonius et Plutarchus philosophi insignes habentur.		
		Flavius Iosephus, scriptor historicus et belli Iudeorum dux, cum a Romanis interficiendus esset,		

2. Hierosolimorum] *A.* Hierusolimorum; *in M. il primo* o *su litura di* u - ecclesiae] *M. A. il primo* c *aggiunto* - prefuit] *A.* praefuit — 4. ecclesiae] *M. il primo* c *aggiunto* — 6. Volaterranus] *M. il primo* a *aggiunta interlineare; A.* olaterr *su litura* — 12. Troyae] *D.* Troiae — 17. caesa] *M. A. il secondo* a *su litura; D.* cesa — 18. Anneus] *M.* Anneius — 30. Ottaviam] *D.* Octaviani — 40. philosophi] *M.* philosofi — 42. Iosephus] *D.* Iosophus

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Vespasiano, qui contra Iudeos bellum gerebat, prenuntiat de morte Neronis et eius imperio, cuius rei gratia vitam dono accepit.		
	Pont. II. - LINUS, *aa.* XI, *mm.* III, *dd.* XIII.			
		Nero in suburbano liberti sui propria se manu interficit anno aetatis suae XXXII et in eo Augustorum familia consumata est.		
			Imp. VII. - GALBA, *mm.* VII.	
		Marcus Fabius Quintilianus, rethor insignis, Romam a Galba deducitur.		
71	*I*	Galba VII imperii mense in foro capite truncatur.	*I*	
			Imp. VIII. - OTHO, *mm.* III.	
		Otto tertio imperii mense propria manu occubuit.		
			Imp. VIIII - VITELLIUS, *mm.* VIII.	
		Antiochiae II episcopus ordinatur Ignatius.		
		Vespasianus duobus praeliis superatus Iudeos ad muros compulit.		
		Vitellius ottavo imperii sui mense a ducibus Vespasiani occisus in Tiberim proicitur.		
			Imp. X. - VESPASIANUS, *aa.* VIIII, *mm.* X, *dd.* XXII.	
72	*II*	Vespasianus in Iudea ab exercitu imperator appellatus, bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur.	*I*	*v̄cclxx*
73	*III*	Titus, Vespasiani filius, capta Iudea in his azimorum pasce diebus, in quibus Iudei Salvatorem crucifixerant, Hierosolimam subvertit, et tantam in ea urbe multitudinem invenit, ut supra sexies centena hominum milia interfecerit. Et Iosephus, fidelissimus Iudeorum auctor, undecies centena hominum milia publice venundata fuisse scribit.	*II*	
74	*IIII*	Ornamenta templi Romam delata et in templum Pacis reposita.	*III*	
75	*V*	Vespasianus plurimas per totum orbem civitates restauravit et Romae aquas Curtiam et Ceruleam a divo Claudio perductas et postea dilapsas urbi restituit.	*IIII*	
76	*VI*	Vespasianus Capitolium aedificare est orsus. Serapio philosophus et orator agnoscitur.	*V*	
77	*VII*	Achaia, Licia, Rhodus, Bizantium, Samus, Tracia et Cilicia, quae libere et sub regibus amicis fuerant, Romanorum provinciae fiunt.	*VI*	
78	*VIII*	Colossus erectus est habens altitudinis pedes CVII.	*VII*	

16. II] *D.* primus — 20. Tiberim] *D.* Tyberim — 23. *v̄cclxx*] *M. omm.* — 26. Iudea] *in D. seguono espunte le parole* ab exercitu imperator appellatus — 27. pasce] *D.* pascae — 28. Hierosolimam] *A.* Hierusolimam; *M. la prima* a *su litura* — 30. milia] *D.* millia - Iosephus] *D.* Iosophus — 41. libere] *D.* liberae - regibus amicis] *D.* amicis regibus

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Quintus Ascodius Pedianus, scriptor historicus, clarus habetur.		
79	*VIIII*	Galianus, celeberrimi nominis rethor, in Gallia docet.	*VIII*	
		Tres civitates Cypri terremotu conciderunt.		
		Lues ingens Romae, in qua per multos dies decem milia fere mortuorum hominum in publicum die singulo referuntur.		
80	*X*	Pars maxima nobilitatis romanae morbo periit.	*VIIII*	
81	*XI*	Vespasianus circa Sabinos in villa propria moritur suae aetatis anno LXVIIII.		
	Pont. III. - CLETUS, *aa.* XII.		*Imp. XI.* - TITUS, *aa.* II, *mm.* II.	
82	*I*	Titus latine et graece disertissimus fuit et' tante bonitatis, ut quodam die recordatus in cena se nihil illa die cuiquam praestitisse: Amicos, inquit, hodie perdidi.	*I*	*v̄cclxxx*
		Mons Vesuvius tantum emisit incendium, ut regiones vicinas et urbes cum hominibus exureret.		
83	*II*	Titus in dedicatione amphiteatri, quod Romae aedificaverat, quinque milia ferarum occidit.	*II*	
		Titus morbo periit in ea villa, in qua pater, pridie idus septembris aetatis suae anno XLI.		
			Imp. XII. - DOMITIANUS *Titi frater iunior*, *aa.* XV, *mm.* V	
84	*III*	Decreto senatus Titus inter deos refertur.	*I*	
85	*IIII*	Domitianus quotidie secretam quietem consuevit sumere, in qua nihil aliud curabat nisi muscas stilo praeacuto configere.	*II*	
86	*V*	Tres virgines vestales ob struprum Romae subfosse.	*III*	
87	*VI*	Abilius alexandrinae ecclesiae secundus constituitur episcopus annis tredecim.	*IIII*	
88	*VII*	Domitianus adeo arrogans in appetendo gloriam fuit, ut et Capitolio rursus incenso et pluribus amplissimis aedificiis quaedam restituens omnia suo tantum titulo sine ulla pristini auctoris memoria signaret.	*V*	
89	*VIII*	Domitianus se adorari et deum appellari iussit et sermonibus ac scriptis omnibus hoc principium indixit: Dominus et deus noster Domi'tianus sic fieri iubet. Statuas praeterea in Capitolio non nisi aureas et argenteas sibi poni permisit ac ponderis certi.	*VI*	
		Nassamones et Daces a Romanis victi.		
90	*VIIII*	Domitiani praecepto duo menses aliter appellantur: september germanicus, ottober vero domitianus.	*VII*	

c. 10 v (margin, beside "tante bonitatis")

c. 11 r (margin, beside "indixit")

3. rethor] *D.* rhetor — 7. milia] *D.* millia — 14. cena] *D.* caena — 21. morbo] *A. litura* — 29-30. subfosse] *D.* subfossae — 31. ecclesiae] *M. A. il primo* c *aggiunto* — 34-35. amplissimis] *M.* ss *su litura* — 35. aedificiis] *M.* e *corr. in* ae — 43. praecepto] *M.* precepto

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Quintilianus ex Hispania Calagoritanus Romae salarium e fisco accepit et publicam scolam tenens claruit.		
91	*X*	Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit et quosdam occidit.	*VIII*	
92	*XI*	Domitianus mathematicos romana urbe pepulit.	*VIIII*	
93	*XII*	Multa opera Romae publice aedificate.	*X*	
	Pont. IIII. - CLEMENS, *aa.* VIIII, *mm.* II, *dd.* X.			
94	*I*	Domitianus de Dacis et Germanis tryumphavit.	*XI*	
95	*II*	Domitianus prohibuit vites in urbibus seri.	*XII*	
		Flavius Iosephus vigesimum librum antiquitatum his temporibus scribit.		
96	*III*	Domitianus Christianos persequitur et plurimi pro Xristi nomine martyrio coronantur.	*XIII*	
97	*IIII*	Domitianus hereditates alienissimas in sese convertebat uno solo stante qui diceret audisse se ex defuncto cum viveret heredem sibi Cesarem esse.	*XIIII*	
98	*V*	Apollonius Thianeus et Eufrates insignes philosophi habentur.	*XV*	
		Menander magus, Simonis magi discipulus, qui se salvatorem esse dicebat et ad hominum salutem' e celo missum, quam plurimos per Antiochiam atque Samariam per magicam artem decepit.		
99	*VI*	Domitianus omnes qui de genere Davit erant interfici iubet, ut nullus regno Iudeorum reliquus superesset.	*XVI*	
		Iohannes apostolus in Pathmo insula religatus Apocalipsim videt.		
		Domitianus in palatio occisus est et ignobiliter atque contumeliose inde absportatus anno aetatis XXXV.		
		Clipei et imagines eius passim ubique per Romam in terram sunt deiectae et a populo per ignominiam publice conculcate.		
			Imp. XIII. - NERVA, *a.* I, *m.* IIII.	
100	*VII*	Senatus decrevit ubique Domitiani titulos eradendos et omnem memoriam eius penitus abolendam esse parique decreto omnia, quae fecerat in irritum deduxit, unde multi quos expulerat de exilio sunt reversi.	*I*	
		Iohannes apostolus exilio solutus Ephesum secessit et deinde in Asia suum evangelium scribit.		

7. Romae] *M.* e *corr. in* ae — 10. tryumphavit] *M. A.* i *corr. in* y — 11. in] *M. A. aggiunta marginale* — 12. Iosephus] *D.* Iosophus — 16-18. Domitianus.... esse] *M. A. su litura di carattere diverso da quello dei codici, correzione della stessa mano; in M.* heredem.... esse *aggiunta marginale; in A.* viveret.... esse *aggiunta marginale* — 23. celo] *D.* caelo — 25. Davit] *D.* David — 28. religatus] *D.* relegatus — 25-29. Domitianus.... videt] *M. litura* — 27-29. Superesset.... videt] *A. litura;* superesset *aggiunta marginale* — 31. absportatus] *M. A.* b *aggiunt* — 32. imagines] *A.* ymagines — 35. conculcate] *D.* conculcatae

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Nerva Traianum Agrippinae adoptavit in filium et post parum morbo periit Ortis Salustianis annum agens LXXII.		
			Imp. XIIII. - TRAIANUS, *aa.* XVIII.	
101	*VIII*	Decreto senatus Nerva inter deos relatus est.	*I*	
102	*VIIII*	Iohannes apostolus usque ad haec tempora vixit.	*II*	$\overline{v}$*ccc*
	Pont. V - EVARISTUS, *aa.* VIIII.			
		c. 13 r Hoc loco quidam Anacletum in pontificem annumerant.		
103	*I*	Iuvenalis aquinas, satyricus poeta, Romae eruditur.	*III*	
104	*II*	Traianus de Dachis et Scytis triumphat.	*IIII*	
105	*III*	Traianus, victis pluribus Asyae provinciis, in Rubro mari classem tenuit instituens ut per Indie fines praedarentur.	*V*	
106	*IIII*	Papias hyeropolitanus et Policarpus smirneus, Iohannis apostoli quondam discipuli, insignes habentur episcopi.	*VI*	
107	*V*	Romae aurea domus incendio conflagravit.	*VII*	
108	*VI*	Terremotu quattuor urbes Asiae subversae et in Grecia duae.	*VIII*	
109	*VII*	Traianus in Christianos persecutionem movet.	*VIIII*	
110	*VIII*	Simon, filius Cleophae, qui in Hierosolimis episcopatum tenebat crucifigitur, cui succedit Iustus.	*X*	
		Ignatius, antiochenae ecclesiae episcopus, Romam deductus bestiis traditur, post quem episcopatum tenuit Hiero.		
111	*VIIII*	Plinio secundo, cuiusdam provinciae rectori, rescripsit Traianus Christianos inquirendos non esse eo quod apud eos nil mali inveniretur praeter obstinationem quandam sacrificandi cuidam Christo deo, oblatos tamen puniendos.	*XI*	
	Pont. VI. - ALEXANDER, *aa.* X. *mm.* III. *dd.* II.			
112	*I*	Plinius secundus novocomensis orator et histo'ricus claret. *c. 12 v*	*XII*	$\overline{v}$*cccx*
113	*II*	Pantheon Romae fulmine concrematur.	*XIII*	
114	*III*	Post Iustum hierosolimitane ecclesiae episcopatum suscepit Zacheus.	*XIIII*	
115	*IIII*	Traianus Armaeniam, Assyriam et Messopotamiam fecit provincias.	*XV*	

2. Ortis] *D.* hortis — 9-10. annumerant] *A.* anumerant — 14. victis] *M. aggiunta interlineare* - Asyae] *D.* Asiae — 17. et] *A. omm.* — 24. Hierosolimis] *A.* Hierusolimis; *D.* Hierosolomis; *M. il primo* o *su litura di* u — 26. ecclesiae] *M. A. il primo* e *aggiunto* — 31-32. obstinationem] *A.* ostinationem — 32. cuidam] *in M. segue* un e *espunto* — 39. hierosolimitane] *A.* hierusolimitane; *D. dittongato; M. il primo* o *su litura di* u - ecclesiae] *M. A. il primo* e *aggiunto* - 41. Traianus] *A.* Trayanus - Armaeniam] *D.* Armeniam

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
116	*V*	Terremotus Antiochiam pene surruit civitatem.	*XVI*	
117	*VI*	Iudeis rebellantibus infinita pene eorum milia interficiuntur.	*XVII*	
118	*VII*	Lisias Quietus, eo quod cum exercitu prospere adversus Iudeos dimicasset, procurator Iudeae a Traiano decernitur.	*XVIII*	
119	*VIII*	Salaminam urbem Cypri, interfectis in ea gentilibus, subvertere Iudei.	*XVIIII*	
		Traianus tertium et sexagesimum agens annum periit et eius ossa intra urbem in foro sunt recondita.		
			Imp. XV. - HADRIANUS, *an.* XXI.	
120	*VIIII*	Hadrianus Alexandriam a Romanis subversam publicis restauravit expensis.	*I*	
121	*X*	Hadrianus Iudeos capit secundo contra Romanos rebellantes.	*II*	
		Hadrianus reliquias tributorum urbibus relaxavit et eorum debitores liberos fecit, cartis publice incensis.		
	Pont. VII. - SISTUS, *an.* X.			
122	*I*	Plutarchus Cheroneus et Sextus et Agatobulus et Cenomaus philosophi insignes habentur.	*III*	[illegible]
		Bellum contra Sauromatas geritur.		
123	*II*	Nicomedia terremotu ruit et Nicenae urbis pars plurima eversa est, ad quarum restaurationem Hadrianus de publico est largitus impensas.	*IIII*	
124	*III*	Hadrianus in Libiam, quae a Iudeis vastata fuerat, colonias misit.	*V*	
125	*IIII*	Hadrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis Solonisque ac reliquorum libris iura composuit.	*VI*	
126	*V*	Hadrianus, requisitis veterum philosophorum et medicorum sententiis, undecimo mense partum humanum aedi posse decrevit.	*VII*	
127	*VI*	Quadratus, apostolorum discipulus, et Aristides atheniensis libros pro christiana religione compositos Hadriano dedere.	*VIII*	
128	*VII*	Hadrianus Minutio Fundano, Asiae proconsuli, scribit Christianos sine obiectu criminum non esse damnandos.	*VIIII*	
129	*VIII*	Hadrianus novas leges composuit et observari iussit.	*X*	
130	*VIIII*	Hadrianus pater patriae appellatur et uxor eius Augusta.	*XI*	
131	*X*	Caesarea Palestinae terremotu ruit.	*XII*	

1. surruit] *D.* subruit — 7. urbem] *A. aggiunta interlineare* — 9. annum] *in M.* [illegible] *rabberciato posteriormente* — 13. expensis] *D.* pensis *preceduto da litura* — 17. eorum] *M.* rum *su litura* — 19. Sistus] *D.* Xistus — 23. Nicenae] *D.* Nycenae — 39. damnandos] *A.* dannandos

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	Pont. VIII - Telesphori an. X.			
132	I	Agrippas adversus Basilidem pro nostra religione conscribit.	XIII	[illegible]
133	II	Hadrianus toto orbe romano plura aedificia fieri curavit.	XIIII	
134	III	Favorinus et Polemo insignes rethores habentur.	XV	
135	IIII	Iudei in arma versi Palestinam depopulati sunt, regente eam provinciam Tyonio Ruffo, cui ad opprimendum Iudeos Hadrianus misit exercitum.	XVI	
136	V	Quadragesimale ieiunium a Telephoro per hoc tempus primo institutum ac praeceptum quidam scribunt.	XVII	
		Christiani nolentes Iudeis contra Romanos auxilium ferre crudeliter necantur.		
137	VI	Finis belli iudaici, quod in Palestina gerebatur, in quo oppressi Iudei prohibiti sunt Hierosolimam ingredi.	XVIII	
138	VII	Cessantibus Iudeis primus ex gentibus Hierosolimis praefuit Marcus.	XVIIII	
		Hadrianus Lucium Aurelium Verum adoptavit et Cesarem fecit, quare ludi publici celebrati sunt et pecunia est soluta militibus.		
139	VIII	Helya ab Helyo Adriano in Iudea condita	XX	
140	VIIII	Hadrianus morbo aquae intercutis apud Baias moritur sexagenario maior.	XXI	
			Imp. XVI. - Titus Antoninus Pius cum liberis suis Aurelio et Lucio an. XXIII.	
141	X	Galienus medicus his temporibus claruit.	I	
	Pont. VIIII - Iginus an. IIII.			
142	I	Antoninus pater patriae appellatur.	II	[illegible]
		Trogus Pompeius, qui graecas et totius orbis historias conscripsit, clarus habetur.		
143	II	Iustinus philosophus librum pro christiana religione conscriptum imperatori tradidit.	III	
144	III	Antonino provincias defendere et non debellare curae fuit.	IIII	
145	IIII	Valentinus hereticus agnoscitur.	V	
	Pont. X - Pius an. X.			
146	I	Taurus, platonicae sectae philosophus, clarus habetur.	VI	
147	II	Sancitum est a Pio, ut resurrectio dominica die	VII	

3. [illegible] M. [illegible] — 8. Polemo] D. Palemo — 10. in] D. [illegible] — 17. Hierosolimam] A. Hierusolimam; M. [illegible] — 19-20. Hierosolimis] A. Hierusolimis; M. [illegible] — 30. claruit] A. nascitur [illegible] — 38. curae] A. care — 43. Sancitum] A. D. Sancitum primum - Pio] M. [illegible] - resurrectio] [illegible]

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		dominica celebretur, quod a pluribus postea pontificibus confirmatum est.		
148	*III*	Mesomedes cretensis musicus et poeta agnoscitur.	*VIII*	
149	*IIII*	Arrianus philosophus commedensis et Maximus tyrius cognoscuntur.	*VIIII*	
150	*V*	Apollonius stoycus, natione chalcidicus, et Basilides scythopolitanus phylosophi illustres habentur.	*X*	
151	*VI*	Antoninus Numae Pompilio ob honestatem est comparatus.	*XI*	
152	*VII*		*XII*	*Terci*
153	*VIII*	Crescens cynicus philosophus agnoscitur.	*XIII*	
154	*VIIII*		*XIIII*	
155	*X*	Iustinus philosophus ob confessionem christiani nominis interficitur.	*XV*	
156	*XI* *Pont. XI.* - ANICETUS, *an.* XIIII.		*XVI*	
157	*I*	Policarpus Romam veniens multos ab heretico errore per hujus Aniceti tempora correxit.	*XVII*	
158	*II*		*XVIII*	
159	*III*	Antoninus suo patrimonio opulentissimus proprias opes amicis liberalissime tribuit, aerarium vero publicum ditissimum reddidit.	*XVIIII*	
160	*IIII*		*XX*	
161	*V*	Antoninus tantae equitatis fuit, ut plurimae nationes, depositis armis, suae solum sententiae paruerint.	*XXI*	
162	*VI*		*XXII*	*Terci*
163	*VII*	Antoninus apud Lorium villam suam moritur, cum iam vixisset annis LXXII.	*XXIII*	
			Imp. XVII. - MARCUS ANTONINUS VERUS *cum Lucio Helio Ceonio Commodo, qui et Aurelius dictus est an.* XVIIII.	
164	*VIII*	Mellitus, sardensis episcopus, nobilis inter christianos scriptores habetur.	*I*	
165	*VIIII*	Egysippus, qui a passione Christi usque ad suam aetatem aecclesiasticam scripsit historiam, Romam venit.	*II*	
166	*X*	Vologesus, rex Parthorum, vicinas sibi romanas provincias depopulatus est.	*III*	
		Fronto insignis orator habetur, qui Marcum Antoninum Verum latinas litteras docuit.		

7. Apollonius] *M. A. il p raddoppiato ed espunto* - Stoycus] *A.* Stoicus - chalcidicus] *D.* chalcydicus - et] *M. aggiunta interlineare* — 7-8. Basilides] *D.* Basylides — 9. Numae] *M. A. il dittongo in litura* — 30. vixisset] *M. sillaba* et *su litura; D. scrive* vixissē — 33. Ceonio] *D.* Coenio — 34. XVIIII] *D.* XVIII — 37. ad] *D. aggiunta interlineare* — 38. aecclesiasticam] *D.* ecclesiasticam; *M. A. il primo e aggiunto*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
167	*XI*	Seleucia, Asyae urbs, cum trecentis milibus hominum a Romanis capta.	*IIII*	
168	*XII*		*V*	
169	*XIII*	Lucius Caesar de Partis tryumphavit.	*VI*	
170	*XIIII*	Persecutione in Christianos orta, Polycarpus, et Pyonius fecere martyrium et in Gallia plurimi pro Christo sunt interfecti.	*VII*	
	Pont. XII. - Soter *aa.* VIIII.			
171	*I*	Lues multas provincias et romanae urbis partem vexavit.	*VIII*	
		Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas et Daces dimicant.		
172	*II*	Lucius imperator inter Concordiam et Altinum apoplexi moritur sedens cum fratre in vehiculo.	*VIIII*	*īccclxv*
		Teophilus, antiochienus episcopus, cuius plura ingenii extant opera, clarus habetur.		
173	*III*	Dionisius, Corinthiorum episcopus, Christi fidem eleganter in populos docet.	*X*	
174	*IIII*	Apollinarius, hieropolitanus episcopus, insignis habetur.	*XI*	
175	*V*	Pestilentia ingens per totum orbem fuit, in qua Romanorum exercitus pene deletus est.	*XII*	
176	*VI*	Pertinaci, Romanorum duci, et exercitui, qui (*c. 15v*) cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti laborantibus pluviam divinitus missam ferunt Christianorum militum precationibus.	*XIII*	
177	*VII*	Bardasanes in Messopotamia clarus efficitur, qui, postquam multos hereticos elegantissime confutarat, novam et ipse heresim condidit et Antonino imperatori famosissimum de fato librum conscripsit.	*XIIII*	
178	*VIII*	Apollonius, qui contra Montanum hereticum scripsit, insignis habetur.	*XV*	
179	*VIIII*	Atticus platonicae sectae philosophus agnoscitur.	*XVI*	
	Pont. XIII. - Eleuterius, *aa.* XVI.			
180	*I*	Antoninus filium suum Commodum consortem regni facit.	*XVII*	
181	*II*	Antoninus victoriam adeptus una cum filio tryumphavit.	*XVIII*	
182	*III*	Antoninus et Commodus imperatores pecuniam fisco debitam provinciis dimiserunt et debitorum tabulas in medio urbis Romae foro incendi praeceperunt.	*XVIIII*	*īccclxxv*
		Commodus a senatu Augustus est appellatus.		

1. Asyae] *D.* Asiae — 4. tryumphavit] *M. A.* y *su litura* — 5. Polycarpus] *A. D.* Policarpus — 6. Gallia] *in A. segue un* p *espunto* — 19. hieropolitanus] *A.* hierapolitanus; *D.* hierapolitus — 33. Atticus] *D.* Acticus - platonicae sectae] *M. senza dittongo* — 35. Antoninus] *M. aggiunge il secondo* n - Commodum] *M. D.* Conmodum — 38. tryumphavit] *M. A. su litura* — 39. Commodus] *M. D.* Conmodus — 41. praeceperunt] *M.* preceperunt — 43. Commodus] *M. D.* Conmodus - est] *D. omm.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
		Smirna, urbs Asyae, terremotu ruit, ad cuius restaurationem decemnalis tributorum immunitas data est.			
		Antonius in Pannonia morbo periit.			
			Imp. XVIII. - COMMODUS, *aa.* XIII.		
183	*IIII*	Commodus de Germanis tryumphavit.	*I*		*c. 16 r*
184	*V*	Lucius, Brittaniae rex, Eleuterium pontificem baptisma postulavit, quod cum accipisset Britanni quoque fidem Christi una susceperunt et usque ad Dioclitiani tempora inviolatam servaverunt.	*II*		
185	*VI*	Hyeroneus, episcopus lugdunensis, insignis habetur.	*III*		
186	*VII*	Commodus septembrem mensem suo nomine appellavit.	*IIII*		
187	*VIII*	Commodus cum gradiatoribus in amphiteatro dimicavit.	*V*		
188	*VIIII*	Commodus hostis humani generis ob impietatem est appellatus.	*VI*		
189	*X*	Apollonius, urbis senator, lecto senatui insigni volumine, quod de Christi fide composuerat, capite ob Christi fidem truncatus est.	*VII*		
190	*XI*	Capitolium fulmine ictum una cum bibliotheca et convicinis aedibus concrematur.	*VIII*		
191	*XII*	Commodus, colossi capite sublato, suae ymaginis caput iussit imponi.	*VIIII*		
192	*XIII*	Serapio antiochienus ordinatur episcopus.	*X*	*$\overline{v}$cccxc*	
193	*XIIII*	Commodus multos nobilium iussit interfici.	*XI*		
194	*XV*	Incendio Romae facto, plurimae edes solo coequantur.	*XII*		
195	*XVI*	Commodus strangulatur in domo Vestiliani.	*XIII*		
			Imp. XVIIII. - HELIUS PERTINAX, *mm.* VI.		
		Pertinax septuagenario maior imperare iussus se invitum regnare testatus est.			*c. 16 v*
	Pont. XIIII. - VICTOR, *aa.* X.				
		Pertinax sexto imperii sui mense Iuliani iurisconsulti scelere in palatio occiditur.			
		Iulianus imperium usurpare conatur, verum ab omnibus derelictus et auctoritate senatus privatus a Severo iuxta Milvium pontem occiditur.			
			Imp. XX. - SEVERUS, *aa.* XVIII.		
196	*I*	Severus in honorem Pertinacis, quem Iulianus interfecerat, Pertinacem se cognominari iussit.	*I*		
197	*II*	Clemens, alexandrinae ecclesiae presbiter, et	*II*		

1. Asyae] *D.* Asiae — 6. tryumphavit] *M. A.* y *su litura* — 8. baptisma] *M. A. su litura il secondo* a — 14. appellavit] *A.* apellavit — 15. gradiatoribus] *D.* gladiatoribus — 19. senatui] *aggiunta interlineare in A.* — 23. convicinis] *A. ha* con *aggiunto* - aedibus] *M. aggiunto il segno di dittongazione* — 24. ymaginis] *D.* imaginis — 28. edes] *D.* aedes — 35. Iuliani] *in M. ripetuto ed espunto* — 43. ecclesiae] *primo* e *aggiunto in M. A.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Panthenus stoycus in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.		
		Candidius christianorum disputator cautissimus notus efficitur.		
198	*III*	Narcissus, Hierosolimorum episcopus, Theophilus caesariensis et Baccillus corinthius, Asyae provinciae episcopi, insignes habentur.	*III*	
199	*IIII*	Victor et plurimi ecclesiarum pastores, quid eis de celebratione pascae probabile videretur, litteris ediderunt.	*IIII*	
200	*V*	Iudaicum et sarmaticum bellum resumptum.	*V*	
201	*VI*	Severus Parthos, Adiabenos et Arabes superavit.	*VI*	
202	*VII*	Thermae severianae Antiochiae et Romae, Severo imperatore, sunt factae.	*VII*	$\overline{v}$cccc
203	*VIII*	Severo imperante, toto orbe romano multa aedificia reparantur.	*VIII*	
c. 17 r 204	*VIIII*	Ammonius, christiani dogmatis philosophus, et Origenis praeceptor claret.	*VIIII*	
205	*X*	Persecutione in christianos mota, multi martyrio coronantur, inter quos Leonides, Origenis pater, pro christiana religione gloriose necatur.	*X*	
	Pont. XV. - ZEFIRINUS, *aa.* XVII.			
206	*I*	Clemens, alexandrinae ecclesiae presbiter, multa nostri dogmatis conscribit.	*XI*	
207	*II*	Musanus philosophus agnoscitur.	*XII*	
208	*III*	Clodius Albinus, qui se in Gallia Caesarem fecerat, apud Lugdunium interficitur.	*XIII*	
209	*IIII*	Severus, ut receptas apud Britannos provincias a barbarorum incursione custodiret vallum per $\overline{\text{CXXXII}}$ passuum a mari ad mare deduxit.	*XIIII*	
210	*V*	Tertullianus afer omnium ecclesiarum sermone caelebratur.	*XV*	
211	*VI*	Hoc tempore sancitum est a Zefirino ut omnes homines aetate discreta Eucharestiae sacramentum in Pascha susciperent.	*XVI*	
212	*VII*	Origenes Alexandriae studiis eruditur.	*XVII*	$\overline{v}$ccccx
213	*VIII*	Severus in Brittania moritur.	*XVIII*	
			Imp. XXI. - ANTONIUS CARACALLA, *aa.* VI.	
214	*VIIII*	Antoninus, Severi filius, fuit et cognominatus Caracalla a vestis genere, quod Romae erogaverat.	*I*	
c. 17 v 215	*X*	Alexander apud Hierosolimam episcopus con-	*II*	

---

5. Hierosolimorum] *A.* Hierusolimorum: *M. il primo* o *su litura di* u — 6. corinthius] *D.* corintius - Asyae] *M. D.* Asiae - 8. ecclesiarum] *in M. aggiunto il primo* c — 9. pascae] *M. D.* pasce — 10. ediderunt] *M. D.* aediderunt — 18. christiani] *M. A. su litura* - philosophus] *A. su litura* — 24. ecclesiae] *il primo* c *aggiunto in M.* — 26. philosophus] *M. A. su litura* - 32. Afer] *A.* Affer - ecclesiarum] *M. A. il primo* c *aggiunto* — 42. Hierosolimam] *A.* Hierusolimam: *M. il primo* o *correzione di* u

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		stitutus, vivente adhuc Narcisso praecessore suo, cum eo pariter ecclesiam regit.		
216	*XI*		*III*	
217	*XII*	Antonius Romae thermas sui nominis aedificavit.	*IIII*	
218	*XIII*	Antoninus libidinis impatientia novercam suam Iuliam uxorem duxit.	*V*	
219	*XIIII*	Antoninus annum agens XLIII et adversus Parthos bellum parans apud Carras interficitur.	*VI*	
			Imp. XXII. - MACRINUS, *a.* I.	
220	*XV*	Macrinus, praefecturam praetorii gerens, imperator factus primo anno imperii sui in Archelaide est interfectus.		
			Imp. XXIII. - MARCUS AURELIUS ANTONINUS, *aa.* IIII.	
221	*XVI*	Marcus Aurelius Antoninus, Antonini Caracalle, ut putatur, filius et Heliogaboli templi sacerdos, impudicissimae vitae fuit.	*I*	
222	*XVII*	Arcus Celemontani vetustate collapsi Romae restaurantur.	*II*	*v̄ccccxx*
	Pont. XVI. - CALLISTUS, *aa.* V.			
223	*I*	Heliogaboli templum Romae aedificatum.	*III*	
224	*II*	In Palestina urbs Nicopolis condita est, quae prius dicebatur Emaus.	*IIII*	
		Iulius Africanus, temporum scriptor, clarus habetur.		
		Marcus Aurelius Antoninus tumultu militari Romae una cum matre sua occiditur.		
			Imp. XXIIII. - ALEXANDER, *aa.* XIII.	*c. 18 r*
225	*III*	Alexander Xerxem, regem Persarum, gloriosissime vicit.	*I*	
226	*IIII*	Berillus, bostraniensis episcopus, nefanda quaedam de divinitate Christi asseverans, contra Origenem acutissime disputavit.	*II*	
227	*V*	Bostrenus, insignis scriptor, in Arabia claret.	*III*	
	Pont. XVII. - URBANUS, *aa.* VIIII.			
228	*I*	Ulpianus, iurisconsultus Alexandri assessor, insignissimus habetur.	*IIII*	
229	*II*	Thermae alexandrinae Romae aedificatae.	*V*	
230	*III*	Gemianus, presbiter antiochienus, et Hypolitus clari scriptores habentur.	*VI*	
231	*IIII*	Zenus Antiochiae ordinatur episcopus.	*VII*	

2. ecclesiam] *in M. il primo* c *aggiunto* — 4-5. aedificavit] *A.* edificavit: *in M. il segno di dittongazione aggiunto* — 9. Carras] *A. D.* Charras — 11. praefecturam] *A. non dittongato* — 18. impudicissime] *A. la sillaba di* e *su litura; originariamente* impudentissime — 22. Romae aedificatum] *in M. i segni di dittongazione aggiunti* — 25. Africanus] *A.* Affricanus — 39. aedificatae] *il primo segno di dittongazione aggiunto in M.*

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	232	*V*	Origenes Alexandriae clarus habetur.	*VIII*	*V̄ccccxxx*
	233	*VI*	Heracleas alexandrinae ecclesiae ordinatur episcopus.	*VIIII*	
	234	*VII*	Alexander in regendo et clementiam et laudabiliorem praeferebat modum et matrem suam Mammineam universo populo carissimam unica pietate diligebat, quibus rebus amabilior erat.	*X*	
	235	*VIII*	Origenes de Alexandria ad Caesaream Palestinae transiit.	*XI*	
	236	*VIIII*	Mamminea, imperatoris mater, doctrinam christianam edoceri cupiens Origenem audire procuravit.	*XII*	
		Pont. XVIII. - PONTIANUS, *aa.* V.			
c. 18 r	237	*I*	Alexander tumultu militari non longe a Maguntia in Gallia occiditur.	*XIII*	
				Imp. XXV. - MAXIMINUS, *aa.* III.	
	238	*II*	Maximinus primus fuit, qui sine auctoritate senatus ex corpore militari ab exercitu imperator fuerit electus.	*I*	
	239	*III*	Maximinus adversus Christianos persecutionem facit, in qua plurimi ecclesiarum sacerdotes martyrii coronam susceperunt.	*II*	
	240	*IIII*	Maximinus Aquileiae a Pupieno occiditur.	*III*	
				Imp. XXVI. - GORDANUS, *aa.* VI.	
	241	*V*	Gordano Romam ingresso, Pispienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio occisi sunt.	*I*	
		Pont. XVIIII. - ATHERUS, *m. uno. Postquem XX* FAVIANUS, *aa.* XIII.			
	242	*I*		*II*	*V̄ccccxl*
	243	*II*	Gordanus admodum adolescens in Orientem contra Parthos est profectus.	*III*	
	244	*III*		*IIII*	
	245	*IIII*		*V*	
	246	*V*	Gordanus, ingentibus praeliis adversus Parthos prospere gestis, cum victor reverteretur in patriam, fraude Philippi praefecti interfectus est et eius ossa Romam sunt relata.	*VI*	
c. 19 r				*Imp. XXVII.* - PHILIPPUS, *cum* PHILIPPO, *filio suo, aa.* VII.	
			Philippus, primus omnium ex Romanis imperatoribus, christianus fuit.		
	247	*VI*	Conditae urbis Romae millesimus annus expletus est, ob quam solemnitatem innumerabiles pene	*I*	

2. ecclesiae] *il primo* e *aggiunto in M. ed A.* — 6. carissimam] *M.* carrissimam — 20. ecclesiarum] *in M. ed A. il primo* e *aggiunto* — 22. Aquileiae] *A. D.* Aquileae — 23. Gordanus] *D.* Gordianus — 24. Gordano] *D.* Gordiano — 29. Gordanus] *D.* Gordianus — 33. Gordanus] *D.* Gordianus — 35. est] *in A. aggiunta interlineare* — 36. relata] *in D. precede* relata *espunto* — 41. Conditae] *maiuscoletto rosso in M. e A.; rosso in D.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		bestiae in circo magno sunt interfectae et ludi theatrales, tribus diebus et tribus noctibus populo pervigilante, sunt celebrati.		
248	*VII*		*II*	
249	*VIII*	Theatrum Pompeii incensum.	*III*	
250	*VIIII*	Philippus urbem nominis sui in Tracia construit.	*IIII*	
251	*X*	Dyonisius alexandrinae ecclesiae constituitur episcopus, qui in sacris scripturis clarus et in patiendo pro Christi nomine fortissimus extitit.	*V*	
252	*XI*		*VI*	[illegible]
253	*XII*	Philippus senior Veronae et Romae iunior a satellitibus Decii interficiuntur.	*VII*	
			Imp. XXVIII. - DECIUS, *a.* I, *mm.* III.	
254	*XIII*	Decius, cum Philippos patrem et filium interficere fecisset, eorum odio in Christianos persecutionem movet, in qua dyaconus Laurentius et Favianus, romanae ecclesiae episcopus, et alii multi ob Christi confessionem martyrio coronantur.	*I*	
		Alexander, hierosolimitanus episcopus, aetate gravis et miraculis clarus, inter martyrii tormenta expiravit.		c. 19 v
		Antonius monacus nascitur in Aegypto.		
		Decius cum filio in Abrutio interficitur.		
	Pont. XXI. - CORNELIUS, *aa.* II.		*Imp. XXVIIII.* - GALLUS *et* VOLOSIANUS, *Galli filius*, *aa.* II, *mm.* III.	
255	*I*	Pestilentia ingens pene per orbem, quae in Alexandria et Aegypto maxime desevit.	*I*	
		Inter Gothos et Romanos fedus iungitur.		
		Origenes scientia et vita clarus obiit.		
256	*II*	Cornelius, romanae urbis episcopus, pro Christi nomine necatur.	*II*	
	Pont. XXII. - LUCIUS, *mm.* VI. *Post quem XXIII* STEFANUS, *aa.* II.			
		Gallus et Volosianus apud Forum Flaminei interfecti sunt.		
		Emilianus, qui tyrannidem invaserat, tertio mense interficitur.		
			Imp. XXX. - VALERIANUS *et* GALIENUS, *aa.* XV.	
257	*I*	Valerianus ab exercitu Augustus, Galienus a senatu Caesar appellatus est.	*I*	
258	*II*	Valerianus in Christianos persecutionem facit,	*II*	

6. Tracia] *A.* Thracia - construit] *A. litura* — 7. ecclesiae] *M. A. hanno il primo* e *aggiunto* — 11. Philippus] *A.* Philipus - et] *aggiunta interlineare in M. ed A.* — 12. Decii] *le due ultime lettere su litura in M.* - interficiuntur] *M. A. su litura* — 14-15. interficere] *D.* interfici *correzione di* interficere — 17. ecclesiae] *in M. il primo* e *aggiunto* - multi] *in M. precede* in *espunto* — 18. martyrio] *D.* martirio — 20. martyrii] *D.* martirii — 22. monacus] *D.* monachus — 25. Volosianus] *in M. il secondo* o *correzione di* u — 29. obiit] *D.* moritur

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
			in qua Pancratius tredecimo suae vitae anno pro Christi nomine gloriosissime moritur.		
		Pont. XXIIII. - Sistus II, *aa.* VIII.			
c. 20 r	259	*I*	Cyprianus, cartaginensis episcopus, cuius ingenii praeclara extant volumina, martyrio coronatur.	*III*	
	260	*II*	Valerianus Christianos persequens a Sapore, rege Persarum, capitur et apud eum miserabili servitute consenescit.	*IIII*	
			Postumius apud Gallos regnum invadit annis x.		
	261	*III*	Sapor, Persarum rex, Syriam, Ciliciam et Cappadociam depopulatur.	*V*	
	262	*IIII*	Valeriano apud Persas capto, Galienus pacem Christianis reddidit.	*VI*	*v̄ccccl*
	263	*V*	Germani Italiam ingressi Ravennam usque depredantur.	*VII*	
	264	*VI*	Alamanni, vastatis Gallis, in Italiam transiere.	*VIII*	
	265	*VII*	Gothi Graeciam, Macedoniam, Pontum Asiamque depopulantur.	*VIIII*	
	266	*VIII*	Quadi et Sarmatae Pannonias occuparunt.	*X*	
			Germanis Hispanias tenentibus, Terracone expugnata est.		
			Parthi Messopotamiam tenentes Syriam incursarunt.		
		Pont. XXV. - Dyonisius *aa.* xv.			
	267	*I*	Agrestium manus Persas depredatur.	*XI*	
	268	*II*	Palillus samosacenus novam heresim suscitavit.	*XII*	
	269	*III*	Imperio romano undique depredato, Postumius, Marius, Victorinus et Tetricus quattuordecim annis Gallias rexerunt.	*XIII*	
c. 20 v	270	*IIII*		*XIIII*	
	271	*V*	Galienus Mediolani occiditur.	*XV*	
				Imp. XXXI. - Claudius, *a.* I, *mm.* VIIII.	
	272	*VI*	Claudius Gothos Illiricum Macedoniamque vastantes superat, ob cuius victoriae gloriam clipeus ei in curia aureus et in Capitolio statua aurea collocata est.	*I*	*v̄ccccl*
	273	*VII*	Claudius Firmi moritur.	*II*	
			Quintilius, Claudij frater, a senatu Augustus appellatus xvii imperii die Aquileiae occiditur.		
				Imp. XXXII. - Aurelianus. *aa.* V, *mm.* IIII.	
	274	*VIII*	Superato Tetrico, Aurelianus Gallias recepit.	*I*	
	275	*VIIII*	Zenobia, quae occiso Odenato marito suo Orientis regebat imperium, haud longe ab Antiochia superata capitur.	*II*	

5. martyrio] *D.* martirio — 10. Ciliciam] *A. D.* Cyliciam — 10-11. Cappadociam] *D.* Capadociam — 20-21. expugnata] *in M. la sillaba* ex *su litura* — 33. *v̄cccclxx*] *M. A. omm.* — 39. imperii] *A.* inperii - Aquileiae] *in M. il dittongo su litura; A. D.* Aquileae — 43. Antiochia] *D.* Anthiochia

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
276	*X*	Aureliano Romae tryumphante, Tetricus et Zenobia currum praecesserunt, e quibus Tetricus corrector postea Lucaniae fuit et Zenobia summo honore Romae consenuit ab eaque Zenobia est noncupata familia. Eusebius, laodicenus episcopus, insignis habetur.	*III*		
277	*XI*	Aurelianus Romam firmioribus muris vallat.	*IIII*		
278	*XII*	Aurelianus, cum adversum Christianos persecutionem movisset, iuxta eum fulmen ruit, nec multo post inter Constantinopolim et Heracleam occiditur.	*V*		
			Imp. XXXIII. - TACITUS, *mm.* V. *Quo occiso regnavit* PHORIANUS, *mm.* III.		c. 21 r
279	*XIII*	Gallias barbari iterum occuparunt.	*I*		
			Imp. XXXV. - PROBUS, *aa.* VI. *mm.* II.		
280	*XIIII*		*I*		
281	*XV*	Probus Gallias ingenti virtute romano imperio restituit.	*II*		
	Pont. XXVI. - FELIX, *aa.* II, *mm.* X.				
282	*I*	Insana Manicheorum heresis in commune hominum malum exoritur. Probus Saturninum et Proculum et Bonossum variis in locis imperium usurpantes oppressit. Probus Gallos et Pannonos vineas habere permisit.	*III*	*Vcccclxxx*	
283	*II*	Probus apud Sirmium Almeam montem et Aureum apud Mesiam superiorem vineis conseruit et provincialibus colendas dedit.	*IIII*		
284	*III*		*V*		
	Pont. XXVII. - EUTIANUS, *mm.* VIII. *Post quem XXVII:* GAIANUS, *aa.* XII, *mm.* IIII. *dd.* VIIII.				
285	*I*	Probus apud Syrmium in turri quae vocatur ferrata occiditur.	*VI*		
			Imp. XXXVI. - CARUS *cum filiis* CARINO *et* NUMERIANO, *aa.* II.		
286	*II*	Carus, dum Sarmatas persequitur, nuntiato sibi Persarum tumultu, in Orientem cum exercitu proficiscitur et Parthos primum ac deinde Persas praelio fudit, eorumque regione vastata, su'per Tygrim castra posuit, quo in loco fulmine ictus interiit.	*I*		c. 21 v
287	*III*	Numerianus insidiis Apri soceri sui occisus est, scelere post aliquot dies cadaveris fetore comperto.	*II*		

1. Romae] *in D. segue espunto* imperante - tryumphante] y *su litura in M. ed A.* — 9. cum] *D. omm.* — 24. Pannonos] *in M. e A. correzione di* Pannonios — 33. Syrmium] *A.* Sirmium — 37. persequitur] *l'*i *su litura in M.* 40. Tygrim] y *correzione di* i *in A.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Carinus praelio victus apud Margum occiditur.		
			Imp. XXXVII. - DIOCLITIANUS *aa.* XX.	
288	*IIII*	Dioclitianus Aprum, Numeriani interfectorem, propria manu interficit. Dioclitianus Herculeum Maximianum consortem regni facit et in Galliam contra Amandum et Elianum mittit.	*I*	
289	*V*	Carausius in Brittannia et Achilleus in Aegypto imperium occupantes variis praeliis superantur.	*II*	
290	*VI*	Constantius, Claudii ex filia nepos, et Galerius Maximianus assumuntur in regnum.	*III*	
291	*VII*	Narseus, Persarum rex, bellum in Oriente persequitur. Constantius in Gallia primo praelio superatus exercitum reparavit et $\overline{LX}$ Alamannorum interemit.	*IIII*	
292	*VIII*	Constantius et Galerius uxores suas repudiare sunt compulsi.	*V*	*v̄xd*
293	*VIIII*	Constantius privignam Herculei Theodoram uxorem accepit, ex qua sex filios Constantini fratres habuit. Galerius Valeriam, Dioclitiani filiam, uxorem duxit.	*VI*	
294	*X*	Busiris adversus Romanos rebellans ad solum' usque subvertitur. *(c. 22 r)*	*VII*	
295	*XI*	Caprorum et Basternanarum gentes in solum romanum translatae sunt.	*VIII*	
296	*XII*	Dioclitianus adorari se ut deum fecit et primus fuit, qui vestibus et calciamentis gemmas inseri iuberet, cum ante eum clamide tantum purpurea a privato habitu imperatores differrent.	*VIIII*	
297	*XIII*	Alexandria cum omni Egipto a romana potestate desciscens ottavo obsidionis mense a Dioclitiano recipitur, Egyptiis proscriptionibus exiliis atque suppliciis varie ubique vexatis.	*X*	
	Pont. XXVIIII. - MARCELLINUS, *aa.* VIII.			
298	*I*	Alletus post Carausium Brittanniam tenet.	*XI*	
299	*II*		*XII*	
300	*III*	Asclepiodus, praefectus praetorii,' Brittannias recepit. Iuxta Lingonas a Constantio Caesare quadraginta milia Alexandrinorum sunt caesa.	*XIII*	

7-8. Elianum] *in M. le lettere* Eli *su litura* — 9. Brittannia] *D.* Britannia 33. Egipto] *A.* Aegipto — 34. ottivo] *A. D.* octavo — 36. varie] *aggiunta interlineare in M.* — 38. Brittanniam] *A.* Britanniam — 40. Brittanias] *A.* Britannias 42-43. quadraginta] *M. D.* quadragintia — 43. milia] *D.* millia

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
301	*IIII*	Persecutio adversus Christianos incipiens decem duravit annos, in quibus Sebastianus, Candidus, Innocentius, Victor, Cosma, Damianus et plures alii invictissimi Christi martyres coronantur.	*XIIII*	
		Albanus martyrii constantia clarus in Brittannia occiditur.		
302	*V*	Maximianus, superato Narseo et uxore ac liberis et sororibus eius captis, a Dioclitiano ingenti honore recipitur.	*XV*	
303	*VI*	Termae Dioclitianae Romae factae.	*XVI*	
304	*VII*	Gothi auxilia magna misere Romanis adversus Parthos bellantibus.	*XVII*	
305	*VIII*	Dioclitianus et Maximianus de Parthis triumpharunt, praecedentibus eorum currum Narsei coniuge, liberis et sororibus eius cum omni praeda qua Parthos spoliaverant.	*XVIII*	
306	*VIIII*	Terremotu horribili apud Tyrum et Sidonem; multa opera conciderunt et innumerabilis populus est oppressus.	*XVIIII*	
		Ecclesiae sunt subversae et nostrae religionis libri conbusti et pontifices cessaverunt.		
	Pontificum vacavit sedes, a. I, *mm.* VII.			
307	*I*	Dioclitianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt.	*XX*	
			Imp. XXXVIII. - GALERIUS *cum* CONSTANTIO *aa.* II, *mox cum* CONSTANTINO. *aa.* IIII.	
308	*II*	Galerius Iliricum, Asiam et Orientem, Constantius Italiam, Africam et Gallias regebat.	*I*	
	Pont. XXX. - EUSEBIUS *mm.* VII. *Post quem XXXI* - MELCIADES, *aa.* VI.			
309	*I*	Maximianus et Severus Galerio Caesares facti.	*II*	
		Constantius, Constantini pater, XVIIII sui imperii anno in Brittannia moritur.		
			Imp. XXXVIIII. CONSTANTINUS *ex Helena concubina matre natus regnavit, aa.* XXX, *mm.* X.	
310	*II*	Maxentius, Herculei Maximiani filius, a praetorianis militibus Romae Augustus appellatur.	*I*	
		Severus Caesar a Galerio Maximiano contra Maxentium missus Ravennae interficitur.		

3. Innocentius.... Damianus] *in A. aggiunta interlineare* — 4. martyres] *D.* martires — 5. martyrii] *D.* martirii — 10. Termae.... factae] *aggiunta di mano diversa non dittongata in M. ed A.* — 14. currum] *M.* curru — 17. Sidonem] *A.* Sydonem — 20. Ecclesiae] *il primo* e *aggiunto in M. ed A.* — 21. conbusti] *A. D.* combusti — 22. I] *M.* uno — 35. Brittannia] *D.* Britannia

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
311	*III*	Lycinnius a Galerio imperator est factus. Herculeus Maximianus eo quod dolum Constantino pararet fugiens Massiliae occiditur.	*II*	
312	*IIII*	Quirinus, episcopus scesianus, pro Christo gloriose necatur, nam manuali mola ei ad collum ligata e ponte praecipitatur in flumen et diu super aquam iacens cum spectantibus est collocutus monens ne suo terrerentur exemplo et tandem vix orans, ut mergeretur, ottinuit.	*III*	*5dv*
313	*V*	Galerius Maximianus XXIII sui imperii anno moritur.	*IIII*	
314	*VI*	Lactantius Firmianus, vir omnium suo tempore eruditissimus, Crispum, Constantini filium, latinas litteras docet.	*V*	
	Pont. XXXII. - SILVESTER, *aa.* XX.			
315	*I*	Maximianus in Christianos persecutionem faciens, cum a Lycinnio puniendus esset, apud Tarsum moritur.	*VI*	
c. 23 v 316	*II*	Maxentius iuxta pontem Milvium a Constantino superatus occiditur. Constantinus adversus Lycinnium movet bellum. Gothi Constantino auxiliantur contra Lycinnium. Dioclitianus haud procul Solonis in villae suae palatio moritur et solus privatus inter Deos refertur.	*VII* *VIII*	
317	*III*	Crispus et Constantinus, Constantini filii, et Lycinnius, adolescens Lycinnii Augusti filius et Constantini ex sorore nepos, Cesares appellantur.	*VIIII* *X*	
318	*IIII*			
319	*V*	Pax Christianis a Constantino redditur. Ipse vero non multo post, Silvestro pontifici quibusdam imperii insignibus traditis, Bizantium cum omni imperiali pompa proficiscitur. Ibique principalem imperii sedem constituit, nam de caetero, qui illic imperabant vel universum tenuere imperium vel alio sibi adiuncto Romam illi Italiamque committebant, donec consuetudine sequestratum est, ut illud orientale, hoc occidentale imperium vocaretur.		

1. Lycinnius] *A. D.* Licinnius — 3. Massiliae] *A.* Maxiliae — 6. super] *A.* supra — 9. ottinuit] *A. D.* obtinuit — 25. villae] *M.* ville — 26. moritur] *D. omm.* — 29. Lycinnii] *A.* Licinni — 30. Caesares] *M.* Cesares — 32. Christianis a Constantino] *correzione di mano diversa in M. fino alla sillaba* stan, *in A. nel solo* Christianis — 33. pontifici] *D.* pontifici maximo — 34. Bizantium] *A.* Bixantium — 35. Ibique] *segue in M. un* p *espunto* — 36. illic] *D.* illhic — 38. alio sibi] *così anche D., che però corresse in* altero simul

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
			COSTANTINUS, *sedem imperii Bizantium transtulit ibique universum rexit imperium, an. XXI.*		
320	*VI*	Arrius, quidam apud Alexandriam presbiter, prava quaedam de Christi fide proferens, quibus ab aeterna Dei patris sustantia filium separare conabatur, Arrianorum dogma ex'citat, a quo universalis Ecclesiae praevalida est subsecuta discordia.	*XI*	I	
321	*VII*	Lycinnius in Christianos persecutionem facit, in qua Basileus, Amasiae episcopus, martyrio coronatur.	*XII*	II	
322	*VIII*	Sinodus episcoporum CCCXVIII ad coarguendam Arrianorum perfidiam in Nicena urbe Bithiniae congregata multos hereticos omousu oppositione repressit. Et fuit sinodus prima, quia ante hoc tempus Christiani persecutiones patiebantur, nec eis publice congregari concedebatur potestas.	*XIII*	III	[illegible]
323	*VIIII*	Credo in unum Deum et reliqua fidei simbolique niceni concili catholica publicavit Ecclesia.	*XIIII*	IIII	
324	*X*	Helena, Constantini mater, divinis monita visionibus beatissimum crucis lignum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolimam repperit.	*XV*	V	
325	*XI*	Paulus thebeus, vir mire beatitudinis, in heremo habetur.	*XVI*	VI	
326	*XII*	Constantinus, filius Constantini, Caesar factus.	*XVII*	VII	
327	*XIII*	Lycinnius Thessalonice privatus occiditur.	*XVIII*	VIII	
328	*XIIII*	Nazarius rethor insignis habetur.	*XVIIII*	VIIII	
329	*XV*	Crispus, filius Constantini, et Lycinnius iunior, Constantini ex sorore nepos, crudelissime interficiuntur.	*XX*	X	
330	*XVI*	Arnobius rethor in Africa clarus habetur.	*XXI*	XI	
		Constantinus Drepanam, Bithiniae civitatem, instaurans ex vocabulo matris suae Helenopolim appellavit. c. 24 r			
331	*XVII*	Constantinus uxorem suam Faustam interficit.	*XXII*	XII	

7. ecclesiae] *in M. ed A. il primo* e *aggiunto* — 11. martyrio] *D.* martirio — 12. Sinodus] *D.* Synodus — 13. Nicena] *D.* Nycena — 15. sinodus] *D.* synodus — 17-18. publice.... potestas] *D.* potestas publice congregari concedebatur — 20. niceni] *D.* nyceni — 20-21. ecclesia] *le prime quattro lettere su litura in M.; il primo* e *aggiunto in A.* — 24. Hierosolimam] *A.* Hierusolimam; *in M. il primo* o *correzione di* u — 30. Lycinnius] *A. D.* Licinnius

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
			Donatus agnoscitur, a quo per Africam Donatiani.			
			Zenobius, patre Luciano et matre Sophia, VI kalendas februarii Florentiae nascitur, qui postea eiusdem urbis episcopus miraculis claruit.			
	332	*XVIII*	Porfirius, misso ad Constantinum insigni volumine, exilio liberatur.	*XXIII*	XIII	[illegible]
			Iuvencus, natione hispanus, Evangelia et nonnulla ad sacramentorum ordinem pertinentia heroicis versibus decantavit.			
	333	*XVIIII*	Athanasius alexandrinae ecclesiae ordinatur episcopus, qui ab Arrianis statim persecutus ad Constantinum refugit, ad quem Arriani quoque contra illum mittentes, cum in dies magis contenderent, Constantinus apud Haeliam concilium convocavit, cui iudicium de eorum controversia remisit.	*XXIIII*	XIIII	
	334	*XX*	Constantinopolis dedicatur pene omnium urbium nuditate.	*XXV*	XV	
			Arrius ab exilio revocatus volumen, quod de sua fide conscripserat, Constantino imperatore donavit.			
			Metrodorus philosophus agnoscitur.			
c. 25 r		*Pont. XXXIII.* - MARCUS, *mm.* VIII; *post quem XXXIIII,* IULIUS, *aa.* XVI.				
	335	*I*	Edicto Constantini gentilium templa subversa sunt.	*XXVI*	XVI	
	336	*II*	Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.	*XXVII*	XVII	
			Pestilentia et fame innumerabilis pene multitudo in Syria atque Cilicia periit.			
			Constantinus, filius Constantini, in regnum assumitur.			
	337	*III*	Sarmate dominos suos, quos Arcaragantes vocant, in romanum solum expulerunt.	*XXVIII*	XVIII	
	338	*IIII*	Calocerus res novas in Cypro moliens opprimitur.	*XXVIIII*	XVIIII	
	339	*V*	Trigennalibus Constantini Dalmatius Caesar appellatur.	*XXX*	XX	
			Pater rethor Romae gloriosissime docet.			
			Eumonia, christiana virgo, in eloquentia claret.			
			Eustachius, constantinopolitanus presbiter, agnoscitur.			

---

1. Donatus] *in M. la sillaba* us *su litura* - 11. ecclesiae] *in M. ed A. il primo* c *aggiunta posteriore* - 16. Haeliam] *M. la sillaba* iam *aggiunta interlineare* — 21. conscripserat] *ripetuto ed espunto in A.* — 35. Sarmate] *in M. l'*r *aggiunto* - Arcaragantes] *D.* Archaragantes

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.	
340	*VI*	Constantinus apud Nycomediam egrotans ab Eusebio, nycomedensi episcopo, baptizatur, nec multo post moritur aetatis suae anno XLVI, post quem liberi eius tres ex Cesaribus Augusti appellantur.	*XXXI*	XXI		
			Imp. XL. - Constantinus, Constantius et Constans, Constantini filii, universum tenuere imperium, aa. XXIIII.			
341	*VII*	Sapor, Persarum rex, Mesopotamia vastata, duos ferme menses Nisibim obsidet. Dalmatius Caesar, quem patruus Constantinus consortem regni reliquerat, factione Constantini patruelis interimitur. Iacobus nizibenus, qui cognominatus est iustus, apud Persas agnoscitur, ad cuius praeces urbs liberata est.	*I*	I		c. [illegible]
342	*VIII*	Constantius Athanasium et omnes non suae partis episcopos persequitur.	*II*	II	*Vdxl*	
343	*VIIII*	Constantinus bellum fratri inferens iuxta Aquileiam occiditur. Post mortem Constantini Constantius orientem, Constans vero occidentem regebat.	*III*	III		
344	*X*	Multae orientis urbes terraemotu conciderunt. Franci a Constante perdomiti et pax cum eis facta. Audens in Syria agnoscitur, a quo heresis audiana. Hermogenes, magister militiae, cum precipiente Constantio et resistente populo episcopum Paulum Constantinopoli pellere conaretur, tractus a populo interficitur.	*IIII*	IIII		
345	*XI*	Macedonium artis plumariae in locum Pauli Arriani substituunt, a quo heresis macedoniana. Paulus Arrianorum insidiis strangulatur.	*V*	V		
346	*XII*	In orientali Ecclesia maxime de christiana fide suscitantur discordiae, quae palam et ubique irrepentes universalem Ecclesiam diviserunt, in qua divisione alteri Arrianis, alteri Catholicis inherebant, propter quae inter se dissentientes episcopi et sacerdotes alteri a Constantio, alteri vero a Constante	*VI*	VI		c. 25 r

3. aetatis] *M. D.* etatis — 15-16. praeces] *D.* preces — 20. Aquileiam] *D.* Aquilegiam — 23. terraemotu] *D.* terremotu — 37. ecclesia] *il primo e aggiunto in M. et A.* — 39. ecclesiam] *il primo e aggiunto in M. et A.*

An. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
		sustentabantur, sic inter se divisae civitates et populi crebrae seditiones et praelia ad necem usque et sanguinem committebantur. Quapropter in Antiochia Syriae et Hierosolimis, Sardicae vero in Illiricis, in Italia quoque Mediolani atque Arimini et in aliis provinciis et civitatibus parvis temporum spatiis concilia celebrantur sicque totius orbis augebantur de christiana fide discordiae, e quibus plurimae hereses et varia heresiarcharum dogmata multo tempore perdurarunt.			
347	*XIII*	Sapor, Persarum rex, Christianos persequitur.	*VII*	VII	
348	*XIIII*	Athanasius Alexandriam revertitur.	*VIII*	VIII	
		Durachium terraemotu corruit et tribus diebus ac noctibus Roma nutavit plurimaeque Campaniae urbes sunt versatae.			
349	*XV*	Magnis rei publicae expensis in Seleucia Syriae portus effectus.	*VIIII*	VIIII	
350	*XVI*	Sapor, Persarum rex, rursus tribus mensibus Nisibim obsidet.	*X*	X	
		Eusebius, Caesareae Palestinae episcopus, qui ecclesiasticam scripsit historiam, clarus habetur.			
		(c. 23 v) Eusebius, episcopus emesenus, Arrianae signifer factionis, multa et varia describit.			
		Solis facta defectio.			
351	*XVII*	Bellum persicum, in quo haud dubiam victoriam militum stoliditate Romani perdiderunt.	*XI*	XI	
		Arriani Hierusolimorum ecclesiam invasere.			
	Pont. XXXV. - LIBERIUS, *ao.* XVII, *mm.* VIII.				
352	*I*	Liberio constituto pontifice, discordiae maxime in Ecclesiam Dei subsecuntur, nam, Liberio in exilium ob fidem truso, Arriani Felicem quendam in pontificem elegere, qui post annum eiectus est; quia Liberius tedio exilii	*XII*	XII	*v̄dl*

1. sustentabantur] *A.* substentabantur - divisae] *in D. precede* diver *espunto* — 4. Quapropter] *D.* Quamobrem — 5-6. Hierosolimis] *A.* Hierusolimis; *in M. il primo* o *correzione di* u — 7-8. spatiis] *A.* spaciis — 10. hereses] *la desinenza su litura in M. ed A.; in D. la parola è preceduta da una cassatura indecifrabile* — 17. ac] *A. su litura* — 21. Persarum] *in D. segue un richiamo in margine con la parola* Nysibim — 23. Palestinae] *A.* Palestine — 24. ecclesiasticam] *il primo* c *aggiunto in M. ed A.* — 30. Romani] *su litura di mano diversa in M. ed A.* — 32. Hierusolimorum] *D.* Hierosolimorum - ecclesiam] *il primo* c *aggiunto in M. ed A.* — 36. maxime] *D.* maximae - Ecclesiam] *il primo* c *aggiunto in M. ed A.* - subsecuntur] *D.* subsequuntur — 38. elegere] *M. A.* eligere *corretto in* elegere

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
		victus in heretica pravitate subscrivens Romam quasi victor intravit.			
353	*II*	Magnetius imperium arripuit et Constans haud longe ab Hispania in castro, cui Helene nomen est, interficitur anno aetatis suae xxx, ob quam causam turbata republica Vetranianus Mursae, Nepotianus Romae imperatores sunt facti.	*XIII*	XIII	
354	*III*	Serapio, thimeus episcopus, illustris catholicae fidei defensor habetur.	*XIIII*	XIIII	
355	*IIII*	Victorinus, natione afer, Romae rethoricam docet. Romae populus adversus potentiores rebellavit.	*XV*	XV	
356	*V*	Nepotiani caput pilo per urbem circumlatum et proscriptiones multae nobilium et caedes factae.	*XVI*	XVI	
357	*VI*	Vetraniano apud Nayssum regium insigne detrahitur. Magnetius Mursae victus, in quo proelio romanae vires conciderunt. Gallus, Constantii patruelis, Caesar factus. Iudei a Gallo Caesare oppressi, multis eorum militibus interfectis et nonnullis eiusdem gentis civitatibus igni traditis. Syriae populis crucis signum maximo conspicientium terrore in orientali plaga apparuit.	*XVII*	XVII	c. 27 r
358	*VII*	Magnetius Lugdunii propria se manu interficit. Decentius, frater eius, Caesar factus et ad tuendas Gallias missus apud Senones laqueo vitam explet.	*XVIII*	XVIII	
359	*VIII*	Gallus Caesar, eo quod ob egregiam indolem in suspitionem Constantio patrueli venisset, occiditur.	*XVIIII*	XVIIII	
360	*VIIII*	Donatus grammaticus, Hieronimi praeceptor, Romae insignis habetur. Victorinus rethor statuam in foro romano meruit. Iulianus, Galli frater, Mediolani Caesar appellatur.	*XX*	XX	
361	*X*	Antonius monacus centesimo sexto suae vitae expleto anno in heremo moritur.	*XXI*	XXI	

4. Helene] *D.* Helenae — 7. Mursae] *A.* Murse — 9. Serapio] *segue in A. M. una litura di* n — 26. populis] *A.* populus — 27. in orientali] *M. aggiunta interlineare* — 29. Lugdunii] *in A. il secondo* i *aggiunto* — 37-40. Donatus.... meruit] *aggiunta posteriore in A.* — 43. Antonius] *maiuscoletto rosso in A.* — 44. expleto anno] *A. su litura*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
		Hilarius, episcopus pitavensis, libros de nostra religione componit.			
		Liberius pontifex in exilium mittitur.			
		(c. 27 r) Iulianus Caesar magnas Alamannorum copias' apud Argentarium, Galliarum opidum, oppressit.			
362	*XI*	Constantio Romam ingresso, Andreae apostoli et Lucae evangelistae ossa miro favore excepta Constantinopolim translata.	*XXII*	XXII	*5dlv*
363	*XII*	Nycomedia terremotu eversa vicinis urbibus ex parte vexatis, Gratianus, qui postea imperavit, nascitur.	*XXIII*	XXIII	
364	*XIII*	Constantinopoli ecclesia maxima dedicatur.	*XXIIII*	XXIIII	
		Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur anno aetatis suae XLV.			
			Imp. XLI. - IULIANUS *universum imperium tenuit a.* I, *mm.* VII.		
365	*XIIII*	Iulianus alliciens magis quam impellens multos ex Christianis ad sacrificandum idolis convertit.	*I*	I	
		Arrianis ab alexandrinis ecclesiis pulsis, Athanasius Alexandriam revertitur.			
366	*XV*	Iulianus in Persas profectus et a quodam simulato perfuga ad deserta loca perductus, cum fame et siti exercitum perdidisset, dum inconsultius erraret, a quodam hostium milite occiditur.	*II*	II	
			Imp. XLII. - IOVIANUS, *qui et in Oriènte IIII, mm.* VIII.		
367	*XVI*	Iovianus, necessitate coactus, Nisibim et magnam Messopotamiae partem Sapori, regi Persarum, tradidit.	*I*	I	
		Sinodus Antiochiae celebratur.			
		Iovianus odore prunarum, quas nimias adoleri iusserat, suffocatur anno aetatis suae XXXIIII;' (c. 28 r) post quem Valentinianus, tribunus scutariorum, Augustus apud Niceam appellatur, qui fratrem suum Valentem Constantinopoli in communionem regni assumit.			

1. pitavensis] *in M. ed A. aggiunta interlineare* — 10. Nycomedia] *D.* Nicomedia — 13. ecclesia] *in M. ed A. il primo* c *aggiunto* — 15. Constantius] *la desinenza su litura in M.* — 20. christianis] *M. su litura* — 33. Sinodus] *D.* Synodus — 37. Niceam] *D.* Nyceam

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
			Imp. XLIII. - VALENTINIANUS. *aa.* XII.	*In Oriente V regnavit* VALENS *Valentiniani frater, aa.* XIII. *mm.* VIII.	
368	*XVII*	Valentinianus severus et parcus nimium fuit; et ideo quidam eum crudelem et avarum interpretabantur.	*I*	I	
369	*XVIII*	Terremotu per totum orbem factō mare littus egreditur et Syciliae multarumque insularum urbes et innumerabiles populos oppressit.	*II*	II	
		Procopius, qui apud Constantinopolim tyrannidem invaserat, in Frigia occiditur et suae partis plurim caesi proscriptive sunt.			
	Pont. XXXVI. - DAMASUS, *aa.* XVIII.				
		Damaso constituto pontifice, Ursinus quoque a quibusdam constituitur, quamobrem seditiones cohortae sunt et crudelissimae interfectiones diversi sexus perpetratae.			
370	*I*	Basilius, magnus caesariensis episcopus, in Cappadocia claret. Gregorius Nazanzenus contubernalis discipline auditor cum Basilio eruditur.	*III*	III	
		Valens ab Eudoxio, Arrianorum episcopo, bap'tizatus catholicos persequitur.			c. 28 v
		Gratianus, Valentiniani filius, Ambianis imperator est factus.			
371	*II*	Apud Constantinopolim mire magnitudinis decidens grando nonnullos homines interemit.	*IIII*	IIII	
		Apud Trabates lana caelo pluviae mixta defluxit.			
372	*III*	Nicea, quae saepe antea corruerat, terremotu funditus eversa est, et in Sicilia et nonnullis aliis insulis simili modo clades sunt illatae.	*V*	V	*v̄dlxx*
		Libanius, antiochienus rethor, insignis habetur.			
373	*IIII*	Harthanaricus, Gothorum rex, Christianos persequens, plurimos eorum interficit et reliquos de propriis sedibus in romanum solum expellit.	*VI*	VI	
		Zenobius a Damaso Florentinorum episcopus ordinatur et totius Tusciae metropolitanus constituitur.			

5. severus.... nimium] *A.* nimium severus et parcus — 9. Syciliae] *A. D.* Siciliae — 17. cohortae] *A.* coorte - crudelissimae] *M.* crudelissime — 21. discipline] *D.* disciplinae — 24. catholicos persequitur] *su litura in M. ed A.* — 30. caelo] *D.* celo — 35. illatae] *A.* illate

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
374	*V*	Eusebius, vercellensis episcopus, moritur. Athanasius, alexandrinae urbis episcopus, diem obiit, cui successit Petrus et Petro Timotheus.	*VII*	VII	
375	*VI*	Valentinus res novas moliens, antequam tyrannidem invaderet, in Brittannia opprimitur.	*VIII*	VIII	
376	*VII*	Didimus alexandrinus luminibus orbatus multa nostri dogmatis per notarios commentatur. Valentinianus pulchritudine Iustinae captus et illam uxori, quam habebat, superinducere cupiens, legem prodidit, ut quisque duas (c. 29 r) firme' uxores habere posset asseverans populosas inde maxime fore gentes.	*VIIII*	VIIII	
377	*VIII*	Eunomiana heresis Constantinopoli exoritur. Cum sacrum Iohannis Baptistae caput, quod macedoniani monaci Hierosolimis delatum in Sicilia servabant, Valentis iussu Constantinopolim portaretur, firmato non longe Calchiedona in vico Cosalai miraculose quo portabatur ferculo, et constituta in eius honorem ecclesia, eodem in loco reconditur et sacris virginibus in custodiam datur. Xaxones Romanorum fines hostiliter ingressi in Francorum regione a Valentiniani ducibus opprimuntur. Burgundionum LXXX ferme milia ex interiore Germania descendentes iuxta ripas Rheni fluminis insederunt. Sarmathae Pannonias vastaverunt.	*X*	X	
378	*VIIII*	Ambrosio Mediolani constituto episcopo, omnis ad fidem rectam Italia convertitur.	*XI*	XI	
379	*X*	Valentinianus contra Sarmathas Panoniam depredantes bellum parans subita sanguinis eruptione Brigitio moritur. Apolinarius laudicensis iactatione ingenii quosdam errores pertinaciter asseverans heresim sui nominis suscitavit, quam Damasus, (c. 29 v) habito' Romae concilio, damnavit. Eutropius presbiter, vir eloquentia clarus, agnoscitur.	*XII*	XII	

7. Brittannia] *D.* Britannia — 19. Baptistae] *A.* Baptiste — 20. Hierosolimis] *M. A.* Hierusolimis; *D.* Hierosomis — 25. ecclesia] *il primo c aggiunto in M. ed A.* - et] *aggiunta interlineare in M.* — 26. in] *in M. precede la sillaba* cu *espunta* — 30. milia] *D.* millia — 39. laudicensis] *in M. ed A. l'u su rasura* — 41. heresim] *il secondo* e *aggiunto in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
			Imp. XLIIII. - GRATIANUS *cum* VALENTINIANO *fratre suo puero, aa.* VIII.		
		Valens, data lege ut monaci militarent, nolentes per tribunos iussit interfici.			
380	*XI*	Alamannorum circiter $\overline{\text{XXX}}$ apud Argentariam, Galliarum opidum, ab exercitu Gratiani strata.	*I*	XIII	
381	*XII*	Gens Hunnorum Gothos vastat.	*II*	XIIII	
		Margharita, Theodosii patriarcae filia, devotissima Christi virgo, martyrio coronatur.			
		Lacrimabile bellum in Thracia, in quo romanae legiones usque ad internitionem ceduntur a Gothis. Ipse vero imperator Valens saucius et ad cuiusdam villulae casam deportatus a barbaris simul cum domo comburitur.			
				In Oriente VI THEODOSIUS, *Theodosii, filius, aa.* XVII	
382	*XIII*	Lamgobardi ab extremis Germaniae finibus Oceanique protinus litore Scandiaque insula magna multitudine egressi et novarum sedium avidi, Ibore et Aione ducibus, Vandalos primum vicerunt.	*III*	I	5 *II*xxx
		Sempronius vir apprime eruditus agnoscitur.			
		Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus praeliis Gothos superat et e Tracia pellit.			
		Priscillianus episcopus heresim sui nominis condidit.			c. 30 r
383	*XIIII*	Theodosius, cum Thessalonice aegrotaret, a Basilio eiusdem civitatis episcopo baptisma suscepit.	*IIII*	II	
		Procurante Gratiano, eo quod Theodosius egrotaret, pax firmatur cum Gothis.			
		Sinodus patrum CL apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium Spiritum Sanctum Deum esse negantem.			
384	*XV*	Martinus, Turinorum episcopus, multorum sermone celebratur.	*V*	III	

6. tribunos] *D.* tribunum — 8. opidum] *D.* oppidum — 11. patriarcae] *D.* patriarchae — 12. martyrio] *D.* martirio — 13. Thracia] *D.* Tracia — 14. romanae] *M.* romane — 17-18. barbaris] *in M. la prima sillaba su litura* — 22. Lamgobardi] *D.* Langobardi — 23. Oceanique] *D.* Occeanique - litore] *A. D.* littore - Scandiaque] *in D. con segno di richiamo in margine* Scandavia — 24. egressi] *D.* ingressi — 25. sedium] *D.* seditionum — 29. summa] *A. su litura* — 30. e] *aggiunta interlineare in M.* — 35. baptisma] *l'a finale su litura in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
385	*XVI*	Aithanaricus, rex Gothorum, xv die quo fuerat susceptus apud Constantinopolim occiditur.	*VI*	IIII	
		Gregorius, nazanzenus episcopus, vir sua aetate eloquentissimus et Hieronimi preceptor, obiit.			
386	*XVII*	Archadius, Theodosii imperatoris filius, Augustus appellatur.	*VII*	V	
		Petronius, bononiensis episcopus, vir studiis et sanctitate clarus, moritur.			
387	*XVIII* *Pont. XXXVII.* - SERITIUS, *aa.* XIIII.	Honorius, Theodosii filius, nascitur.	*VIII*	VI	
		Maximus per militum seditionem in Brittannia imperator est factus, a quo non multo post Gratianus superatus et fugiens Lugdunii captus occiditur.			
		Maximus Victorem filium suum consortem regni facit.			
		c. 32 v	*Imp. XLV.* - VALENTINIANUS *solus, aa.* VIII.		
388	*I*	Hieronimus presbiter toto iam mundo clarus in Bethleem habitabat studio suo universali Ecclesiae serviens.	*I*	VII	
389	*II*	Sinodus burdegalensis in qua Priscilianiste damnantur.	*II*	VIII	
390	*III*		*III*	VIIII	
391	*IIII*	Maximus tyrannus a Valentiano et Theodosio imperatoribus non longe ab Aquileia indumentis regiis spoliatus capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste, militum magistro, eodem anno in Gallia est interfectus.	*IIII*	X	
392	*V*		*V*	XI	*5dxc*
393	*VI*	Lamgobardi, eorum ducibus defunctis, primum sibi regem creaverunt Agelmumdum, Aionis filium, qui regnavit annis XXXIII.	*VI*	XII	
394	*VII*	Theodosius venerabile Johannis Baptistae caput ex vico Cosalai Constantinopolim deportans septimo ab urbe lapide in basilica, quam magno sumpta in eius honorem erexerat, recondit.	*VII*	XIII	
395	*VIII*	Valentinianus apud Viennam laqueo periit.	*VIII*	XIIII	
		Arbogastes, magister militiae, Eugenium in Galliis imperare facit.			
			Imp. XLVI. - HONORIUS *Theodosii filius, aa.* XXXI.		
396	*VIIII*	Ruffinus, aquilegiensis ecclesiae presbiter,	*I*	XV	

5. Hieronimi] *D.* Hieronymi — 15. Lugdunii] *l'ultimo* i *aggiunto in M.* — 22. Bethleem habitabat] *su litura in M. et A.* — 23. ecclesiae] *il primo* e *aggiunto in A.* — 33. Lamgobardi] *A. D.* Langobardi — 45. ecclesiae] *il primo* e *aggiunto in A.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
		qui de graeco in latinum multos christianorum libros' transtulit, floret. c. 31 r			
397	*X*	Iohannes anacorita clarus habetur, qui ornatus prophetiae gratia Theodosium victorem adversus Eugenium, cui movebat bellum, praedixit.	*II*	XVI	
398	*XI*	Theodosius Eugenium tyrannum vincit et perimit.	*III*	XVII	
		Augustinus, beati Ambrosii discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Hyppone regio in Africa episcopus ordinatur.			
		Claudianus florentinus poeta notus habetur.			
		Theodosius imperator Mediolani moritur.			
				In Oriente VII Archadius, *Theodosii filius, aa.* XIII.	
399	*XII*	Orosius, hispanus presbiter, vir eloquens et historiarum cognitor, claret.	*IIII*	I	
400	*XIII*	Evagrius, incredibilis abstinentiae monachus et in sacris litteris eruditus, apud Egyptios habetur insignis.	*V*	II	
401	*XIIII*		*VI*	III	
	Pont. XXXVIII. - Anastasius, *aa.* IIII, *dd.* XXII.				
402	*I*	Eutropius eunuchus, qui consulatum Romae inerat, honore et vita privatur.	*VII*	IIII	V̄dc
403	*II*	Gothi, Alarico et Radagaso ducibus, per Pannoniam et Sirmium Italiam ingressi.	*VIII*	V	
404	*III*	Theophilus, alexandrinus episcopus, illustris habetur, qui adversum Origenem grande volumen' scripsit. c. 31 v	*VIIII*	VI	
405	*IIII*	Adversus Gothos magna utriusque partis clade pugnatum est.	*X*	VII	
	Pont. XXXIX. - Innocentius, *aa.* XIIII.				
406	*I*	Epyphanius episcopus, qui usque ad suam aetatem contra omnes hereticos scripsit, Salaminae floret.	*XI*	VIII	
407	*II*	Iohannes damascenus per haec tempora claruit.	*XII*	VIIII	
408	*III*	Radagasus cum ducentis Gothorum milibus in fesulanis montibus superatus et captus est, ducente exercitum Stilicone Honorii duce.	*XIII*	X	

9. Ambrosii] *segue in D. una cancellatura indecifrabile* — 12. florentinus] *aggiunta interlineare in M.* - florentinus.... habetur] *su litura di mano diversa in A.* — 19. Evagrius] *A.* Enagrius — 28. Sirmium] *D.* Syrmium — 31. volumen] *in M. segue un* s *espunto* — 36-37. Salaminae] *A.* Salamine — 42. exercitum] *M.* exercitu - Stilicone] *D.* Stylicone

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
409	*IV*	Vandali et Alani, traiecto Rheno, Gallias ingressi.	*XIIII*	XI	
410	*V*	Constantinus ex infima militia ob solam speciem nominis in Brittannia tyrannus efficitur et ad Gallias transit.	*XV*	XII	
		Iohannes cognomento Chrisostomus, constantinopolitanus episcopus, moritur.			
		Alaricus, post Radagasum Gothorum dux, concedente Honorio, ad eas Galliae partes, quibus Vandali Alanique imminebant, supra ducenta Gothorum milia ducere contendens, cum ad Pollentiam urbem devenisset, improviso impetu et contra fidem ab Honorianis invaditur; maximaque utriusque partis strage victores tandem Gothi, obmisso in Galliam itinere, ira et victoria tumentes per Italiam ruunt.			
411	*VI*	Archadius imperator Constantinopoli moritur.	*XVI*	XIII	
		c. 32 r Stilico, renovato exercitu, Gothis opponitur.		*In Or. VIII* THEODOSIUS IUNIOR *Archadii filius, aa.* XXI.	
412	*VII*	Vandali Hispanias occuparunt.	*XVII*	I	*v̄dcv*
		Stilico cum Eucherio, filio suo, ob suspitionem affectati regni Honorii iussu interficitur.			
		Attalus Romae imperator factus, qui mox privatus regno Gothis cessit.			
413	*VIII*	Roma, orbis quondam victrix, a Gothis, Alarico duce, capta et inextimabilis praeda ex urbe est exacta.	*XVIII*	II	
414	*VIIII*	Constantinus per Honorii duces apud Aleratense opidum capitur, Constante eius filio in Hispania iam interfecto.	*XVIIII*	III	
415	*X*	Alaricus, Gothorum rex, apud Cosentiam moritur et eius cadaver, derivato Basento amne, in medio alveo reconditur.	*XX*	IIII	
		Gothi, Athaulpho sibi rege constituto, depredata iterum Roma, in Gallias abiere.			
416	*XI*	Burgundiones partem Galliae Rheno vicinam ottinent.	*XXI*	V	
		Pelagius brito dogma nominis sui contra gratiam Christi erigit et multos in suum errorem trahit.			

4. Brittannia] *A. D.* Britannia — 8. Radagasum] *in D. precede* Radarigum *espunto* — 11. milia] *D.* millia — 12. devenisset] *la desinenza in M. su litura di* ent — 14. invaditur] *su litura in M. ed A.* — 15. obmisso] *D.* omisso — 35. opidum] *A. D.* oppidum — 38. amne] *A. su litura* — 43. ottinent] *D.* obtinent

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
		Romani, qui Britannos tuebantur, cum eam insulam relinquere et ad defendendam Italiam' redire cogerentur, a mari ad mare, ubi Severus vallum fecerat, murum construere curarunt. Verum, non multo post Romanorum recessionem, deserto a defensoribus muro, universa provincia crudeli more a barbaris depredatur. (c. 32 v)			
417	*XII*	Actalus Gothorum fretus praesidio imperium sumit in Gallis et sequenti anno a Gothis neglectus capitur et Constantio patritio offertur.	*XXII*	VI	
418	*XIII*	Athaulphus, suorum dolo vulneratus, interiit. Segericus, Gothorum rex creatus, a suis mox interficitur. Vallia post Segericum Gothorum regnum invadit.	*XXIII*	VII	
419	*XIIII*	Vallia, pacem Honorii expetens, Placidiam, Theodosii imperatoris filiam, quam Romae Gothi ceperant quamque Athaulphus coniugem habuerat, reddit eiusque nuptias Constantius promeretur.	*XXIIII*	VIII	
	Pont. XL. - ZOSIMUS, *a.* I *mm.* VIIII.				
420	*I*	Honorius Romam triumphans ingreditur, praeeunte currum eius Actalo, quem mox in exilium ire iussit.	*XXV*	VIIII	
421	*II*	Concilio apud Cartaginem habito episcoporum CCXIIII, cuius decreta ad papam Zosimum sunt praelata, quibus probatis per totum mundum heresis pelagiana damnatur. Valentianus, Constantii et Placidiae filius, nascitur. Zenobius, Florentinorum episcopus, moritur VIII Kalendas iunii aetatis suae anno XC. (c. 33 r)	*XXVI*	X	
	Pont. XLI. - BONIFATIUS, *aa.* III, *mm.* VIII *dd.* VI.				
422	*I*	Constantius pacem firmat cum Vallia, data ei ad habitandum Aquitania et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.	*XXVII*	XI	*ē lcxv*
423	*II*	Constantius ab Honorio in consortium regni assumitur et sequenti anno moritur. Hieronimus presbiter moritur aetatis suae anno XCI pridie Kalendas ottobris.	*XXVIII*	XII	
424	*III*		*XXVIIII*	XIII	

19. Placidiam] *in A. segue un* i *espunto* — 25. triumphans] *D.* tryumphans — 28. Cartaginem] *A. D.* Carthaginem — 43. Hieronimus] *D.* Hieronymus - aetatis] *A.* etatis — 44. ottobris] *D.* octobris

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
425	*IIII*	Exercitus ad Hispanias contra Vandalos mittitur. Bellum adversus Persas gestum, in quo Romani vicerunt. Placidia Augusta a frate Honorio pulsa ad Orientem cum Honoria et Valentiniano filiis proficiscitur.	*XXX*	XIIII	
	Pont. XLII. - CAELESTINUS, *an.* VIII *mm.* X, *dd.* XVII.				
426	*I*	Langobardorum II regnavit Lamisus, meretricis filius, annis tribus. Honorius imperator moritur et regnum suum Iohannes occupat, Castino, ut putatur, iubente, qui exercitui praeerat.	*XXXI*	XV	
			Imp. XLVII VALENTINIANUS IUNIOR *cum matre* AUGUSTA, *an.* XXX.		
427	*II*	Theodosius Valentinianum, amitae suae filium, Caesarem facit et cum Augusta matre ad recipiendum occidentale mittit imperium.	*I*	XVI	
428	*III*	(c. 33 r) Placidia Augusta et Valentinianus, eius filius, Caesar mira felicitate Iohannem tyrannum opprimunt et regnum recipiunt. Castinus in exilium est actus, eo quod Iohanni favisset. Valentinianus decreto Theodosii Augustus est appellatus.	*II*	XVII'	
429	*IIII*	Titus, diaconus Romae, pecuniam pauperibus distribuens interficitur. Langobardorum III regnavit Laba annis XL.	*III*	XVIII	
430	*V*	Gens Vandalorum ab Hispaniis in Africam transit.	*IIII*	XVIIII	
431	*VI*	Nestorius, constantinopolitanus episcopus, nefandum errorem in Ecclesiam Dei sullevare conatur predicans Christum ex Maria hominem tantum natum et divinitatem ob merita esse assecutum, cuius impietati Quirilli, alexandrini episcopi, et Caelestini papae repugnat auctoritas. Partem Galliarum propinquam Rheno Aetius comes armis recepit.	*V*	XX	
432	*VII*	Caelestinus Germanum, aut isidorensem episcopum, mittit, ut Brittannos pelagiana pravitate corruptos ad catholicam fidem redigat.	*VI*	XXI	*v̄dcxxx*

18. amitae] *M.* amite — 34. Ecclesiam] *il primo* e *aggiunto in M. e! A.* — 37. Quirilli] *D.* Cyrilli *col* Cy *su litura* — 41. Aetius] *A.* Etius — 43. ut] *A. su litura*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
433	*VIII*	Augustinus, hipponensis episcopus, vir divina et humana eruditione excellentissimus, moritur v kalendas septembris in ipso dierum suorum fine libris Iuliani respondens et gloriose in defensionem christianae gratiae perseverans.	*VII*	XXII	
434	*VIIII*	Apud Ephesum sinodus est congregata, in qua Nestoriani et Pelagiani damnantur. c. 34 r	*VIII*	XXIII	
		Ad Scotos in Christum credentes primus episcopus a Celestino missus est Palladius.			
435	*X*	Bonifatius ab Africa in Italiam navigans et magister militum factus Aetium praelio superavit et paucos post dies morbo periit.	*VIIII*	XXIIII	
	Pont. XLIII. - SIXTUS III, *aa.* VIII.				
436	*I*	Iohannes monacus cognomento Cassianus Massiliae insignis et facundus scriptor habetur.	*X*	XXV	
437	*II*	Incendium Constantinopoli non parvam partem urbis absumpsit.	*XI*	XXVI	
438	*III*	Pax facta cum Vandalis, concessa eis ad habitandum Africae provinciae parte iuxta Hipponem.	*XII*	XXVII	
		Gundicarium, Burgundionum regem, cum populo ac stirpe sua Hunni deleverunt.			
439	*IIII*	Gothi pacem turbant et pleraque oppida suis sedibus vicina occupant.	*XIII*	XXVIII	
440	*V*	Bellum adversus Gothos, Hunnis auxiliantibus, geritur.	*XIIII*	XXVIIII	
		Gensericus, Vandalorum rex, nolens Arrianorum impietatem extollere variis terroribus episcopos nostros persequitur.			
		Valentinianus Augustus Constantinopolim proficiscitur et Theodosii filiam uxorem accipit.			
441	*VI*	Adversus Gothos in Gallia quaedam prospere gesta.	*XV*	XXX	
442	*VII*	Pugna anceps et lacrimabilis in Gallia cum Gothis, post quam facta est pax humilius quam unquam antea ipsi deposcentes.	*XVI*	XXXI	*Ṽdcxl* c. 34 v
		Carthago a Vandalis, Genserico rege, capta et hostili more usque ad sacra loca depredata anno postquam Romanorum esse ceperat DLXXXIIII.			
443	*VIII*	Gensericus Siciliam graviter affligens timore Sebastiani, qui ab Hispania in Africam cum exercitu transierat, Carthaginem rediit.	*XVII*	XXXII	

1. episcopus] *ripetuto due volte in M.; il primo, espunto, era di carattere diverso su un bianco lasciato dal copista* - 6. sinodus] *D.* synodus — 7. Nestoriani] *D.* Nesthoriani — 9. a Celestino] *aggiunta interlineare in A.* — 17. absumpsit] *D. A.* assumpsit — 23. oppida] *A.* opida — 33. Gallia] *in M. il secondo* l *aggiunto* — 36. humilius] *D. omm.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum		AA. M.
	Pont. XLIIII. - LEO, *an.* XXI *mm.* II.				
444	*I*	Theodosius bellum contra Vandalos movet magna classe suos duces in Africam dirigens qui, longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae potius oneri quam Africae praesidio fuerunt.	*XVIII*	XXXIII	
445	*II*	Hunnis Traciam Illiricumque vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur ad defensionem orientalium partium revertitur.	*XVIIII*	XXXIIII	
		Pax a Valentiniano cum Genserico confirmatur et certis spatiis Africa inter utrumque dividitur.			
		Gensericus praecipuos suae gentis viros, partim ob conspirationem in se factam, partim ob suspitionem, crudelibus suppliciis excrucians, plus virium quam si bellum superaretur amisit.			
446	*III*	Manichieorum quam plurimi sectatores Leonis pontificis diligentia proditi sunt et, eorum codicibus publice conbustis, damnati.	*XX*	XXXV	
		(*c. 35 r*) Terremotu Roma concussa, primae nonnullae aedes conciderunt.			
447	*IIII*	Atthila, rex Hunnorum, Bablam fratem suum interimit et suo regno potitur.	*XXI*	XXXVI	
448	*V*	Euticiana heresis Constantinopoli exoritur, auctore Eutice presbitero, qui a Faviano, constantinopolitano episcopo, damnatus est. Ob quam damnationem, annuente Theodosio imperatore, sinodus apud Ephesum indicitur, in qua, Dioscoro alexandrino episcopo praesidente, Eutices restituitur, Favianus vero damnatur.	*XXII*	XXXVII	
1. Hierosolimitanorum] *M.* Hierusolimitanorum — 2. annis XI] *aggiunta di mano diversa in M.* — 3. precedentis] *A. D.* praecedentis — 6. variis ducibus] *le desinenze su litura in M. ed A.* — 9. ceperunt] *A. D.* caeperunt — 14. inmista] *D.* immixta — 18. Loctarius] *M. A.* Lottharius; *D.* Loctharius - Veronae] *M. A.* Verone — 20. Corradus] *D.* Conradus — 21. Christianis] *M. A. su litura* — 25. Hierosolimitanorum] *M. A.* Hierusolimitanorum - leporem insequitur] *su litura in M.* — 34. hominum] *D. omm.* — 39. Corradum] *D.* Conradum — 42. defecerant] *di mano diversa su litura in M.*

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
			per Syriam temere vaderent, fame oppressi eodem anno domum rediere.		
			Veneti subsidiariam quoque classem in Christianorum favore misere.		
	1148	*IIII*		*X*	
c. 72 r	1149	*V*	Roggerius, Apuliae et Siciliae rex, in Africam transiens, plures urbes capit et earum regem sibi tributarium facit.	*XI*	
	1150	*VI*		*XII*	
	1151	*VII*	Balduinus, Hierosolimitanorum rex, Egyptios atque Babylonos superat, supra quinque eorum milibus interfectis.	*XIII*	
	1152	*VIII*		*XIIII* *Imp. XXI.* - FEDERICUS I, *aa.* XXXVII.	*$\overline{v}$icccl*
	1153	*VIIII*	Alfonsus, Hispaniae rex, ab expugnatione sanctissimae terrae rediens moritur, cui successit Santius eius filius maior et illi non multo post Fernandus frater, qui in Arabia pro Christi nomine bellando interiit et successit ei Alfonsus eius filius.	*I*	
		Pont. CLXXV. - ANASTASIUS IIII, *a.* I, *mm.* V.			
	1154	*I* *Pont. CLXXVI.* - HADRIANUS IIII, *aa.* III, *mm.* X.	Roggerio, Siciliae regis, succedit Guiglelmus.	*II*	
			Federicus imperator Romae ab Hadriano coronatur.		
	1155	*I*	Spoletum a Federico pene desolatum.	*III*	
	1156	*II*		*IIII*	
	1157	*III*	Crucis figura in luna publice est visa.	*V*	
	1158	*IIII*		*VI*	
	1159	*V*	Riccardus monacus, praestabilis doctrinae homo, et sine ulla dubitatione acutissimus disputator Parisii clarus habetur.	*VII*	
c. 72 v		*Pont. CLXXVII.* - ALEXANDER III, *aa.* XXII.			
	1160	*I*	Alexander statim post assumptionem sui a Federico persecutus refugit ad Francos, quam ob causam Federicus contra ipsum quatuor creavit falsos pontifices: Victorem scilicet primo, mox Pascalem, deinde Calistum et Innocentium. Qui omnes bello quod auxiliantibus Francorum et Anglorum regibus in favorem veri Pontificis gestum est superati, una cum Imperatore quieverunt.	*VIII*	
	1161	*II*	Alexandria inter Alpium radices urbemque	*VIIII*	

3. subsidiariam] *l's aggiunta in M.; A.* sussidiariam — 7. earum] *l'a su litura in M.* — 10. Hierosolimitanorum] *M. A.* Hierusolimitanorum — 11. Babylonos] *le due ultime sillabe su litura in M.* — 14. Federicus] *D.* Fredericus — 15. Hispaniae] *A.* Hyspaniae — 16-17. Santius] *D.* Sancius — 22. Guiglelmus] *D.* Uuiglielmus *coll'* i *aggiunto* — 25. Federicus] *D.* Fredericus — 27. Federico] *D.* Frederico — 35-36. Federico] *D.* Frederico — 37. Federicus] *D.* Fredericus

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
		Ticinium supra Tanarum amnem contra Ticinienses Imperatori faventes aedificata est et ab Alexandro pontifice nominata.			
1162	*III*	Mediolanum a Federico captum magna ex parte subvertitur, postquam illud septem annos obsederat.	*X*	$\overline{vi}$*cccl*x	
1163	*IIII*		*XI*		
1164	*V*	Ludovicus, Galliae rex, sexagenarius et sine liberis, precepit universis sui regni populis et religiosis viris orare Deum, ut sibi filium concederet, et sequenti anno filius ei natus est, quem vocavit Philippum.	*XII*		
1165	*VI*		*XIII*		
1166	*VII*	Hierosolimitanorum VI regnavit Amaricus, Balduini frater, annis XII, et primo sui regni anno Dargontem, Aegyptiorum ducem, in praelio divinitus superavit.	*XIIII*		*c. 73 r*
1167	*VIII*	Romam Federico obsidente, eius exercitus a pestilentia pene deletur.	*XV*		
1168	*VIIII*	Corpora trium magorum, olim a Persarum regione Mediolanum translata, a Rodulpho, Coloniensium archiepiscopo, Coloniam deportantur.	*XVI*		
1169	*X*	Tres soles in occidente simul visi sunt nonis semptembris et post duas horas, deficientibus caeteris, qui medius fuerat solus occidit; similique modo proximis annis tres lunae apparuerant.	*XVII*		
1170	*XI*		*XVIII*		
1171	*XII*	Terremotus circa hoc tempus pluribus annis nonnullas provincias quassarunt et praecipue Syriam atque Siciliam, in quibus plurimae urbes nutarunt et quaedam maxima strage populi corruerunt.	*XVIIII*		
1172	*XIII*	Petrus Lombardus, parisiensis episcopus, qui sententiarum librum edidit, clarus habetur.	*XX*	$\overline{vi}$*ccclxx*	
1173	*XIIII*	Saladinus Calypham aegyptium dominum suum interimit et suo regno potitur.	*XXI*		
1174	*XV*	Florentini Senenses ad Ascianum superant.	*XXII*		
1175	*XVI*		*XXIII*		
1176	*XVII*	Florentina urbs duobus incendiis magna ex parte concrematur.	*XXIIII*		
1177	*XVIII*	Alexander pontifex timens imperatorias vires Venetias refugit; qua propter Imperator armavit contra Venetos classem, cui praefecit Othonem fi-	*XXV*		*c. 73 v*

1. Ticinium] *D.* Tycinium - Ticinienses] *D.* Tycinienses — 2. aedificata] *A.* edificata — 4. Federico] *D.* Frederico — 14. Hierosolimitanorum] *M. A.* Hierusolimitanorum — 16. Aegyptiorum] *A. D.* Egyptiorum — 18. Federico] *D.* Frederico — 21. Rodulpho] *A.* Rodulfo — 22. archiepiscopo] *in A.* archi *aggiunta interlineare* — 26. apparuerant] *in A. la desinenza su litura* — 28. Terremotus] *D.* Terraemotus — 29. quassarunt] *A. la desinenza su litura* — 30. Siciliam] *D.* Cyliciam - plurimae] *M.* plurima — 33. edidit] *M. D.* aedidit — 34. aegiptium] *in M. precede un* do *espunto; D.* egiptium — 35. interimit] *il secondo* i *su litura in M.* — 40. imperatorias] *il secondo* a *aggiunto in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		lium suum et ad reposcendum Pontificem misit. Verum Otho primo concursu navali praelio superatus et captus Venetias adducitur.		
1178	*XVIIII*	Othone captivo, Imperatoris filio, procurante sublatum scisma est et inter Imperatorem et Pontificem acta pax summo honore Venetum, quibus ad futuram rei memoriam Pontifex quaedam insignia perpetuo ferenda donavit. Hierosolimitanorum VII Balduinus IIII regnavit annis VI et fuit Amarici superioris regis filius.	*XXVI*	
1179	*XX*	Francis regnat Philippus, Ludovici filius, annis XLIIII.	*XXVII*	
1180	*XXI*		*XXVIII*	
1181	*XXII*	Balduinus, Hierosolimitanorum rex, Saladinum, Aegyptiorum regem, non longe ab Ascalona superavit et in fugam vertit.	*XXVIIII*	
	Pontificum CLXXVIII. - LUTIUS III, *aa* IIII, *mm.* III.			
1182	*I*	Petrus Commestor, qui scolasticam scripsit historiam, floret.	*XXX*	*$\overline{v}$iccclxxx*
1183	*II*		*XXXI*	
c. 74v 1184	*III*	Balduinus lepra infectus uxorem non duxit; qua re, cum vitae finem sibi imminere intellexisset, Sibillae sororis suae filium puerum, Balduinum et ipsum nomine, post sui mortem sub tutelam tripolitani Comitis regnare iussit. Mortuo igitur seniore Balduino, et non multo post iuniore viam universae carnis ingresso, Sibilla, eius mater, quae ad secundas transierat nuptias, Guidonem virum suum regnare procuravit. Guidone igitur regnum adepto inter eum tripolitanumque Comitem pernitiosa exoritur dissensio, in qua Comes Saladino adherens maximum detrimentum nostris comparavit.	*XXXII*	
1185	*IIII*	Federicus omnes Etruriae civitates agraria ditione privat praeter Pistorium.	*XXXIII*	
	Pontificum CLXXVIIII. - URBANUS III, *aa.* II.			
1186	*I*	Iohachim abbas, vir prophetico spiritu plenus et in scientia sacrarum litterarum doctus, in Calabria floret.	*XXXIIII*	
1187	*II*	Saladinus per nostrorum discordias vires adeptus, post maximam Christianorum stragem tandem	*XXXV*	

9. Hierosolimitanornm] *M. A.* Hierusolimitanorum — 14. Hierosolimitanorum] *M. A.* Hierusolimitanorum — 15. Aegyptiorum] *A.* Egiptiorum; *D.* Egyptiorum — 18. Lutius] *D.* Lucius — 19. Commestor] *D.* Comestor — 24. Sibillae] *D.* Sybillae — 24. puerum, Belduinum] *su litura in A.* — 27-28. universae] *M.* universe — 28. Sibilla] *D.* Sybilla — 34. Federicus] *D.* Fredericus — 34-35. ditione] *su litura di mano diversa in M. ed A.* — 38. Iohachim] *D.* Iohachin — 39. doctus] *in M. ed A. su litura di mano diversa*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
		hoc anno Hierosolimam recepit, quam urbem post Gotthofredum Christiani reges per otto et ottuaginta annos nobilitata gloria possederant.			
	Pont. CLXXX. - GREGORIUS VIII, *mm.* II. *Pont. CLXXXI.* - CLEMENS III, *aa.* III, *mm.* V, *dd.* XVI.				
1188	*I*	Federicus imperator et Filippus, Francorum rex, et Ricchardus quoque rex anglicus una cum Clemente pontifice in subsidium atque recuperationem sacratissimae terrae convenere et hoc eodem anno exercitum navibus premisere.	*XXXVI*		*c. 74 v*
		Florentinis ad decimum lapidem est restituta potestas.			
1189	*II*	Federicus, cum iam Syriam teneret et quae in Christianorum subsidio oportuna videbantur praepararet, dum in flumine lavaretur, clausis vitae meatibus suffocatur.	*XXXVII*		
			Imp. XXII. - HENRICUS VI, *aa.* X.		
1190	*III*		*I*		
1191	*IIII*	Philippus, Francorum rex, Brundusio movens in Syriam exercitum traducit et cum Ricchardo, Anglorum rege, castra coniungit simulque contra Saladinum prospere primo bellum gerunt. Mox discordantibus nostrorum regibus Philippus in Galliam est reversus. Ricchardus nihilominus presenti anno bellum strenue prosequitur; anno vero sequenti et ipse quoque domum revertitur.	*II*		
	Pont. CLXXXII. CELESTINUS III, *aa.* VI, *mm.* VIIII.				
1192	*I*	Caelestinus XVI kalendas maij sua pontificali coronatione in pascali solemnitate celebrata, postridie Henricum Romae coronavit.	*III*	*v̄iccc :c*	
		Solis facta defectio.			
1193	*II*		*IIII*		*c. 75 r*
1194	*III*	Saladinus post longam persecutionem ac nostrorum cedes apud Damascum obiit et eius filii regnum inter se diviserunt. Qua propter Saphandinus, Saladini frater, gravatus eo quod nullam regni partem sibi Saladinus reliquisset, eiusdem filios regno pepulit et ipse solus in futurum regnavit.	*V*		
1195	*IIII*	Henricus imperator Siciliam ottinet.	*VI*		

1. Hierosolimam] *M. ed A.* Hierusolimam — 2. otto] *D.* octo — 2-3. ottuaginta] *D.* octuaginta — 7. Federicus] *D.* Fredericus — 8. Ricchardus] *A.* Richardus - quoque] *aggiunta interlineare in A.* — 11. premisere] *A. D.* praemisere — 14. Federicus] *D.* Fredericus — 15. oportuna] *D.* opportuna — 18. VI] *A. omm.* — 20. Philippus] *A.* Phylippus — 24. nostrorum] *in A. su litura di* nostris — 30. maij] *il secondo* i *aggiunto in M. ed A.* — 40-41. regnavit] *il* vit *in litura in A.* — 42. ottinet] *D.* obtinet

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1196	*V*	Florentini consulem elegerunt, qui ius diceret et cum publica potestate rempublicam gubernaret, quod per singulos annos usque ad Federici secundi mortem observatum est.	*VII*	
1197	*VI*	Exorta tempestatis vi lapides cum pluvia acqua e caelo ceciderunt.	*VIII*	
1198	*VII*	Henricus sussidiarium Christianis exercitum in Syriam mittit, qui proximo deinde anno mortuo Panormi Henrico revertitur; qua propter Christiani qui in Syria remanserant destituti, id reliquum dominii, quod in ea provincia possidebant, penitus amisere.	*VIIII*	
	Pontificum CLXXXIII. - INNOCENTIUS III, *aa.* XVIII.			
1199	*I*	Ricchardus, Angliae rex, telo cathapultae percussus obit, cui succedit Iohannes eius frater.	*X*	
			Imp. XXIII. - PHILIPPUS *Henrici frater aa.* VIIII.	
		(*c. 75 v*) Discordia fuit de imperatore deligendo; Othone Saxoniae duce a quibusdam electo et ab Innocentio confirmato; veruntamen in Germania Philippus ottinuit.		
1200	*II*	Galli Venetis iuncti Constantinopolim capiunt et Alexium, Isaucis constantinopolitani quondam imperatoris filium, imperatorem faciunt; qui mox a Graecis interfecto imperium iniit Balduinus Gallus; quo procurante orientalis et romanae Ecclesiae unio confirmatur.	*I*	
1201	*III*		*II*	
1202	*IIII*	Tartari cum uxoribus et filiis ab Indiae montibus egressi per vicinas provincias praedas agunt, quibus assueti Parthos deinde petunt et pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam Armeniamque et Sarmathas non longo tempore pervadentes circa Maeotidis paludis littora sedes demum firmant.	*III*	*v̄icccc*
1203	*V*	Per haec tempora Innocentius decretales composuit atque sancivit et observari iussit.	*IIII*	
1204	*VI*		*V*	
1205	*VII*		*VI*	
1206	*VIII*	Post Balduinum constantinopolitanum imperium tenuit Henricus, eius frater, annis XI.	*VII*	
		Franciscus, ordinis Minorum princeps, terrena despiciens secutus est Cristum.		
		(*c. 76 r*) Dominicus, in Colagora Hispaniae pago natus et ordinis Predicatorum institutor et pater, clarus habetur.		

1. elegerunt] *il secondo* e *su litura in M. ed A.* — 3. Federici] *D.* Frederici — 7. sussidiarium] *l'ss su litura in M.* — 14. telo] *D.* taelo — 19-20. Innocentio] *la finale su litura in A.* — 22. ottinuit] *D.* obtinuit — 23. Isaucis] *A.* Ysaucis — 29. praedas] *A.* predos — 42. Colagora] *A.* Calagora

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1207	*VIIII*		*VIII*	
1208	*X*	Veneti Cretam et Coryntum capiunt. Philippus imperator a Palatino Comite interficitur.	*VIIII*	
			Imp. XXIIII. - OTHO IIII, *aa.* III.	
1209	*XI*	Otho Romae ab Innocentio coronatus statim cum Romanis pugnans urbe pellitur, et contra Pontificis voluntatem plura opida in Apulia capit Siciliam quoque suae ditioni adicit; qua propter eodem anno habito Romae concilio imperio deponitur.	*I*	
1210	*XII*		*II*	
1211	*XIII*	Propter dissensionem deligendi imperatoris Italici neque praecedentem Philippum, neque proximum Othonem ad imperium ammittunt praeter id tantum temporis, quod inter coronationem et depositionem Othonis interfuit; per reliquum vero eorundem imperatorum tempus vacasse imperium scribunt.	*III*	
			Imp. XXV. - FEDERICUS II, *aa.* XXXIII.	
1212	*XIIII*		*I*	*v̄icccc x*
1213	*XV*		*II*	
1214	*XVI*	Philippus, Gallie rex, Iohannem, Anglorum regem, et Othonem quondam imperatorem' apud Belgas superat.	*III*	
1215	*XVII*	Sinodus lateranensis Hierosolimae recuperandae gratia celebratur episcoporum ῑccc, in qua libri quidam abbatis Iohachim reprobantur.	*IIII*	
1216	*XVIII*		*V*	
	Pontificum CLXXXIIII. - HONORIUS III, *aa.* X, *mm.* II.			
		Honorius Petrum, altisiodorensem comitem, constantinopolitanum imperatorem coronavit; quem Theodorus in servitutem redigens usurpavit imperium. Honorius ordinem Praedicatorum confirmavit, beato Dominico procurante.		
1217	*I*	Plerique christianorum principes pro christiana religione contra Saracenos navigantes iuxta Achon magno exercitu convenere.	*VI*	
1218	*II*		*VII*	
1219	*III*	Damiata a nostris capta pro recuperatione nobilium captivorum sequenti anno redditur.	*VIII*	

c. 75 r (right margin, beside line 22)

8. opida] *D.* oppida — 9. ditioni] *su litura in M. ed A.* — 12-13. Italici] *D.* Itali; *in A. in margine segue per errore v̄icccc x* - proximum] *le prime due sillabe su litura in A.* — 14. ammittunt] *D.* admittunt — 18. XXXIII] *M.* X; *la rimanente cifra esisteva originalmente, fu tagliata nel legare* — 19. v̄icccc x] *su litura in M.; A. omm.* — 24. Sinodus] *D.* Synodus - Hierosolimae] *M. D.* Hierusolime — 26. Iohachim] *D.* Iohachin — 30-31. constantinopolitanum] *precede una litura in M. ed A.* — 36. christianorum] *precede in M. un* x *espunto*

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	1220	*IIII*	Federicus ab Honorio Romae inunctus imperiales titulos recepit et nihilominus ecclesiastica sibi usurpans iura Honorium quoque persequitur et maxime inter eos vigent discordiae.	*VIIII*	
	1221	*V*	Dominicus, ordinis Praedicatorum primus, vita et scientia per omnia clarus moritur nonis augusti.	*X*	
	1222	*VI*		*XI*	*vicccc.xx*
c. 77r	1223	*VII*	Philippus, Galliae rex, moritur, cui succedit Ludovicus, eius filius, annis quattuor.	*XII*	
			Honorius religionem beati Francisi III kalendas decembris confirmavit.		
	1224	*VIII*	Iesus Christus, Dei filius, dilecto suo Francisco, viro beato, per obumbrationem apparens in memoriam dominicae passionis sui sacratissimi corporis stigmata consimilibus pandentibus membris in beati Francisci corpus impressit.	*XIII*	
	1225	*VIIII*		*XIIII*	
	1226	*X*	Franciscus, ordinis Minorum princeps, Christi stigmatibus signatus et miraculis clarus, moritur quarto nonas ottobris, et biennio post in cathalogo sanctorum a Gregorio refertur.	*XV*	
		Pont. CLXXXV. - GREGORIUS VIIII. *aa.* XIIII. *mm.* III.			
	1227	*I*	Ludovicus, Francorum rex, moritur et succedit ei Ludovicus, eius filius, annum agens XIIII regnavitque annis XLIII.	*XVI*	
	1228	*II*		*XVII*	
	1229	*III*	Federicus adversus Gregorium inimicitias prosequitur.	*XVIII*	
	1230	*IIII*		*XVIIII*	
	1231	*V*	Antoninus, beati Francisci discipulus, Patavii moritur.	*XX*	
	1232	*VI*	Federicus Henricum filium suum propter suspitionem affectati regni carcere maceravit.	*XXI*	*viccccxxx*
c. 77v	1233	*VII*		*XXII*	
	1234	*VIII*	Federicus in Syriam transiens cum maximo Aegypti principe, quem Soldanum vocant, conventiones fecit, in quibus plura consensit Christianis indecora; post quae, consentiente Soldano, Hierusalem ingressus in ea urbe coronatur.	*XXIII*	
			Federicus in Italiam elephantum duxit.		
	1235	*VIIII*	Fames in Gallia; in qua sextarium vendebatur auri dragmis duabus.	*XXIIII*	

1. Federicus] *D.* Fredericus — 2. ecclesiastica] *M.* eclesiastica — 14. dominicae] *A.* dominice — 15. stigmata] *D.* stygmata — 19. stigmatibus] *D.* stygmatibus — 20. ottobris] *D.* octobris — 23. III] *segue in D. una pagina bianca* — 33. Federicus] *D.* Fredericus — 36. Federicus] *D.* Fredericus - Syriam] *in M. precede un* c *espunto* — 38. plura] *D. omm.* — 39. quae] *M.* quem *coll*'m *abraso* — 41. Federicus] *D.* Fredericus - elephantum] *la desinenza su litura in A.*; elephantem *M. D.* — 42. sextarium] *la desinenza su litura in A.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1236	*X*	Accursus, nobilis famae iurisconsultus, floret.	*XXV*	
1237	*XI*	Federicus Mediolanum fere depopulatus est et per Cisalpinam Galliam omnia pene possedit preter Bononiam et Parmam.	*XXVI*	
1238	*XII*		*XXVII*	
1239	*XIII*	Sarmathae predarum avidi per Asiam debacchantur. Solis facta defectio.	*XXVIII*	
1240	*XIIII*	Veneti Iohanni, constantinopolitano imperatori, pecuniam mutuantes, partem maximam Dominicae Crucis pignoris loco acceperunt, quam Ludovicus, Francorum rex, redimens Parisium transtulit.	*XXVIIII*	
	Pontificum CLXXXVI. - CELESTINUS IIII, *dd.* XVII. *Post quem vacavit sedes a.* I, *mm.* VIIII.			
1241	*I*	In Burgundia mons a monte dehiscens vallesque cohartans multa agricolarum hominum milia oppressit.	*XXX*	
1242	*II*	Sarmathae ingenti multitudine eorum fines egressi caedibus primo ac rapinis Graeciae provincias invasere, mox inde per Pannoniam depredantes, in Germanos quasi fera nimborum procella feruntur et multis ac maximis cladibus illas provincias afficiunt.	*XXXI*	*viccccxl* *c. 73 r*
	Pontificum CLXXXVII. - INNOCENTIUS IIII, *aa.* XI, *mm.* III.			
1243	*I*		*XXXII*	
1244	*II*	Federicus diu pontifices persecutus, cum maximis calamitatibus romanam Sedem affecisset, tandem hoc anno ab Innocentio in lugdunensi concilio damnatus est et imperatoria ac regia potestate depositus.	*XXXIII*	
			Post depositionem FEDERICI *vacavit imperium aa.* XXVIII.	
1245	*III*		*I*	
1246	*IIII*	Memellinus, potentissimus Afrorum rex, Hispaniam ingressus Cristianos persequitur, qua propter Galli Hispanis iuncti illum superant; ob cuius victoriae gloriam eius vexillum Romam mittunt, et in ecclesia sancti Petri suspendunt.	*II*	
1247	*V*	Ludovicus, Francorum rex, copioso Christianorum exercitu et cum Roberto et Carolo fratribus contra Saracenos in Syriam navigavit.	*III*	

2. Federicus] *D.* Fredericus — 6-7. debacchantur] *A.* debaccantur; *D.* debachantur — 10. pecuniam mutuantes] *D.* pecunia - dominicae] *M. A.* dominice — 15. I] *A. D.* uno — 17. cohartans] *A.* coartans - milia] *D.* millia — 20. Graeciae] *M.* Grecie — 22. nimborum] *D.* nymborum — 28. Federicus] *D.* Fredericus — 31. et] *aggiunta interlineare in A.* — 33. Federici] *D.* Frederici — 41. Ludovicus.... copioso] *su litura in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1248	*VI*		*IIII'*	
c. 78 v 1249	*VII*	Ludovicus Damiatam capit et, variis inde praeliis cum Saracenis habitis, tandem superatur et capitur, pro cuius recuperatione Damiata redditur.	*V*	
		Margarita regina, capto Ludovico viro suo, filium apud Damiatam peperit, quem vocavit Tristanum.		
1250	*VIII*	Federicus non effrenis modo ira, verum etiam rabie et crudelitate immanis contra fautores Pontificis infense gerens bellum, postquam per Italiam et praecipue in Etruriam semina maximarum discordiarum immisit, sub gravi censura Pontificis in Apulia apud opidum Florentinum moritur anno aetatis suae LVII.	*VI*	
		Post Federici mortem Florentini rempublicam reformantes duodecim antianos creavere.		
1251	*VIIII*	Corradus, Federici filius, e Germania profectus Apuliae regnum suscepit et proximo deinde anno moritur, veneno, uti creditur, extinctus, Manfredo fratre suo procurante.	*VII*	
1252	*X*		*VIII*	*$\overline{vi}$ccccl*
1253	*XI*	Manfredus, Federici quondam imperatoris ex concubina matre filius, Siciliae regnum ottinuit.	*VIIII*	
	Pontificalis sedes vacavit aa. II.			
1254	*I*	Florentini Pisanis pacem dedere, in qua portus immunitatem et ponderibus et mensuris uti more' florentino Pisani consenserunt.	*X*	
c. 79 r				
1255	*II*	Genuenses Pisanis iuncti, armata classe, Venetias obsident et illorum naves atque littora depredantur.	*XI*	
	Pontificum CLXXXVIII.- ALEXANDER IIII, *aa.* VI, *mm.* VI.			
1256	*I*	His temporibus principes Germaniae de imperatore deligendo contendentes bifariam dividentur, in qua divisione duos imperatores pluries elegerunt, quare neuter confirmatus interregnum adhuc aliquot annos prorogatur.	*XII*	
1257	*II*	Albertus Magnus Parisii insignis doctor habetur.	*XIII*	
1258	*III*		*XIIII*	
1259	*IIII*	Micchahel Paleologus, Graecorum imperator, fretus Genuensium auxilio, Constantipolim, quam novem et quinquaginta annis occupaverant Galli, recepit.	*XV*	

2. inde] *D. omm.* — 5. Margarita] *D.* Margharita — 8. Federicus] *D.* Fredericus — 11. in] *M. su litura* - Etruriam] *in M.* i'm *eraso* — 13. opidum] *D.* oppidum — 15. Federici] *D.* Frederici — 17. Corradus] *D.* Conradus - Federici] *D.* Frederici — 18. suscepit] *D.* suscepit — 22. Federici] *D.* Frederici — 22. ottinuit] *D.* obtinuit — 29-30. depredantur] *in D. segue* tandem victi recedunt — 40. Micchahel] *D.* Michael

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
1260	*V*	Manfredi regis copiae persequentes apostolice Sedis fautores cum Senensibus convenere, et Florentinos, partes romani Pontificis defendentes, iuxta flumen Arbiam miserabiliter superarunt.	*XVI*		
		Mirabilis peregrinatio populorum, quae a Perusinis incipiens, non solum Italiae populos, verum etiam exteros adeo commovit, ut longis agminibus crucem sequentes ad convicinas civitates, misericordiam conclamantes' et pacem, supplices commearent.			*c. 79 v*
		Alexander quosdam novos libellos, religiosos de elemosinis viventes salvari non posse dicentes, penitus reprobavit.			
		Azolinus, Veronensium tyrannus, et Albertus eius frater, postquam per Italiam et praecipue apud Insubres et per Venetiam atque Emiliam crebras crudelitates et predas longo tempore exercuerant, in mala senectute necantur.			
		Pannoni cum Boemmis de finibus contendentes atrox proelium commisere, in quo superati Pannoni fugam arripiunt, in qua supra XIIII eorum milia in flumine summerguntur.			
1261	*VI* *Pontificum CLXXXXVIIII.* URBANUS IIII, *aa.* III, *mm.* I, *dd.* XIIII *et inde vacavit sedes mm.* V.		*XVII*		
1262	*I*	Bonaventura, insignis theologus et ordinis Minorum generalis ingenique gratia autoritate magna praeditus, clarus habetur.	*XVIII*	*v̄icccclx*	
1263	*II*	Urbanus, Siciliae regnum, quod a Manfredo occupabatur, Carolo, Ludovici regis Francorum fratri, concessit eumque in Italiam per legatos evocavit.	*XVIIII*		
1264	*III*	Stella, quam cometen greci vocant, insigni magnitudine supra tres menses apparuit, et eadem ipsa nocte qua Urbanus obiit extincta est.	*XX*		
1265	*IIII*	Bondogodar soldanus Christianos Syriae debellat.	*XXI*		*c. 80 r*
		Dantes Aligherius Florentia nascitur.			
	Pont. CXC. - CLEMENS IIII, *aa.* III, *mm.* VIIII, *dd.* XXI.	Manfredus non longe a Benevento a copiis Caroli superatus occiditur.			
1266	*I*		*XXII*		

1. apostolice] *D.* apostolicae — 9. conclamantes] *in M. precede* con *espunto* — 13. tyrannus] *in M. l'*y *su litura* — 18. Pannoni] *in M. ed A. segue litura di* i — 19. Pannoni] *in M. ed A. segue litura di* i — 20. milia] *D.* millia — 21. summerguntur] *A.* sumerguntur; *D.* submerguntur — 27. generalis] *D. omm.* - gratia] *in A. su litura* — 30. Ludovici] *il* ci *aggiunto in M.* — 33. quam] *D.* quem *correzione di* quam - cometen] *l'*en *su litura in M. A. D.* — 35. extincta] *l'*a *su litura in A.* — 38. Aligherius] *A.* Audigherius

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	1267	*II*	Bondogodar Armeniam hostili exercitu ingressus Christianos persequitur et eodem anno Antiochiam capit et habitatoribus inanitam pene delevit.	*XXIII*	
	1268	*III*	Carolus Corradinum, Corradi filium et Federici quondam imperatoris nepotem, in finibus albani agri superat fugientemque capit et securi percutit.	*XXIIII*	
	1269	*IIII*	Clemente Viterbii defuncto, propter discordiam Patrum, qui de successore non conveniebant, biennio vacavit sedes.	*XXV*	
		Pontificum vacavit sedes aa. II.			
c. 80 v	1270	*I*	Ludovicus, Francorum rex, augendae Christianitatis gratia, magna comparata classe, Cartaginem navigans primo adventu cum Saracenis prospere dimicavit, donec, morbo in exercitu praevalente, una cum Iohanne filio suo et nonnullis sui regni proceribus, Ludovicus interiit; post cuius mortem Carolus eius fra'ter eandem provinciam suscipiens, sussidiariam legionem in Africam deportavit. Verum cum vi pestilentiae coacti prosequi incepta non possent, quibusdam tantum conditionibus illis Saracenis impositis, rediere. Ludovico, Francorum regi, succedit Philippus eius filius annis xv.	*XXVI*	
	1271	*II*		*XXVII*	
		Pont. CXCI. - GREGORIUS X, *aa.* IIII.			
	1272	*I*	Gregorius post electionem sui e Syria revocatus hoc anno revertitur et Viterbii est inunctus. Ayto, Armeniae rex, moritur, cui succedit Livonius eius filius, sub quo Aegyptii Armeniam devastarunt.	*XXVIII*	*v̄iccccIxx*
				Imp. XXVI. - RODULPHUS, *aa.* XVIIII.	
	1273	*II*		*I*	
	1274	*III*	Sinodus lugdonensis Hierosolimae recuperandae gratia celebrata est; in qua de processione Spiritus Sancti cum romana Ecclesia Graeci convenerunt. Thomas Aquinas, ordinis Predicatorum insignis theologus et vir suae aetatis peracutus, obiit.	*II*	
c. 81 r	1275	*IIII*	Bondogodar Armeniam iterum infesto invadit exercitu et eam gentem infanda afficit strage; postquam onustum preda exercitum cum ducentis captivorum hominum milibus in Aegyp'tum reduxit.	*III*	

3. cepit] *A. D.* caepit — 4. Corradinum] *D.* Conradinum — 4-5. Federici] *D.* Frederici — 13. Cartaginem] *A. D.* Carthaginem — 19. sussidiariam] *D.* subsidiariam — 20. coacti] *il secondo* c *su litura in M.* — 29. Ayto] *l'*y *su litura in M. e l A.* — 30. Aegyptii] *D.* Egyptii — 34. Sinodus] *D.* Synodus - Hierosolimae recuperandae] *M. A.* Hierusolime recuperande — 42. onustum] *D.* honustum *coll'*h *aggiunto* — 43. milibus] *D.* millibus - in] *in A. aggiunta interlineare*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	Pont. CXCII. - INNOCENTIUS V, *mm.* VI.			
1276	*I*	Vicecomites, pulsis tyrannis veterioribus, mediolanense dominium tenuere.	*IIII*	
	Pont. CXCIII. - HADRIANUS V, *m.* I, *dd.* VIIII. *Post quem CXCIIII* IOHANNES XXI, *mm.* VIII, *quo defuncto vacavit sedes mm.* V.			
1277	*I*	Rodulfhus imperator Boemiae Regem atroci praelio superatum capit, et veluti contemptum atque deiectum mancipium in vilissimis officiis servire sibi compellit, magnoque dedecore afficit; post quae illum in regnum restituit et filiam suam uxorem illi dedit.	*V*	
		Maria, principis Antiochiae filia, cui Hierosolimae regnum debebatur, quod Ugo eius nepos occupaverat, donavit id Carolo Siciliae regi.		
	Pont. CXCV. - NICOLAUS III, *aa.* III, *mm.* VIIII, *dd.* XV *et deinde vacavit sedes mm.* V.			
1278	*I*	Bondogodar contra Assyrios bellans vulneratus et Damascum deportatus est, ubi post paucos dies migravit e vita et successit ei Melechsayth.	*VI*	
1279	*II*		*VII*	
1280	*III*	Albertus Magnus, ratisponensis quondam episcopus, obiit.	*VIII*	
1281	*IIII*	Sicilia e Carolo deficiens Petro Arragonensi' deditur. *c. 81 v*	*VIIII*	
	Pont. CXCVI. - MARTINUS IIII, *aa.* IIII, *mm.* II.			
1282	*I*	Tartari, Armenis iuncti, centum milia Babillonum superant et multis eorum interfectis in fugam vertunt.	*X*	$\overline{vi}$*ccccclxxx*
		Priores artium Florentiae creati et publicis aedibus primum inclusi, nec aliud quidquam quam de republica cogitare iussi sunt, qui magistratus ad nostram usque aetatem in civitate summus perdurat.		
1283	*II*	Martinus Petrum, Arragonensium regem, gravissimis danmat censuris, eo quod Caroli regna debellaret.	*XI*	
1284	*III*	Genuenses iuxta Meloram navali praelio Pisanos superant, quo supra $\overline{\text{XVI}}$ sunt desiderati.	*XII*	
		Carolus, Apuliae rex, moritur et succedit ei Carolus, eius filius, annis XXV.		

2-3. mediolanense] *D. omm.* — 13. quae] *A.* que — 15-16. Hierosolime] *M. A.* Hierusolime — 16. Ugo] *preceduto in M. da litura di* h — 22. Damascum] *precede in M. litura di* in *o di* ad — 27. Arragonensi] *D.* Aragonensis — 30. milia] *D.* millia — 30-31. Babillonum] *D.* Babylonum — 36. in civitate summus] *aggiunta interlineare in A.*

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	1285	*IIII*	Philippus, Francorum rex, obiit et succedit ei Philippus, eius filius, cognominatus Pulcher annis XXVIIII. Petrus Arragonensis ex accepto in praelio contra Gallos vulnere interiit.	*XIII*	
		Pont. CXCVII. - Honorius IIII, *a.* I, *dd.* II; *et vacavit deinde sedes mm.* X.			
	1286	*I*	Honorius, pulso Guidone Feltrano, Flamineam recepit.	*XIIII*	
c. 82 r	1287	*II*	Arragonenses Caroli regis classem in neapolitano litore superant.	*XV*	
		Pont. CXCVIII. - Nicolaus IIII, *aa.* IIII, *m.* I, *dd.* VIII.			
	1288	*I*		*XVI*	
	1289	*II*	Tripolis civitas a Saracenis expugnata depraedatur. Florentini maxima strage Arretinorum Gibellinos in Casentiniati agro superant et munitissima eorum opida capiunt. Carolus, Caroli secundi Apuliae regis primogenitus filius, ex hereditate materna Ungariae regnum accepit.	*XVII*	
	1290	*III*		*XVIII*	
	1291	*IIII*	Pluribus Christianorum milibus in Syria e Saracenis interfectis, reliqui omnes prae timore e provincia migrarunt. Melechsayth soldanus mortuus est et successit ei Seraph, qui Christianos etiam persequitur. In fine huius anni obiit Nicolaus pontifex.	*XVIIII*	
		Pontificalis sedes vacavit, aa. II, *mm.* III, *dd.* XVIII.		*Vacavit imperium a.* I.	
	1292	*I*		*I*	*v̄icccxc*
				Imp. XXVII. - Athaulphus, *aa.* VI.	
	1293	*II*	Initium belli, quod aliquot annis ingenti suorum detrimento Angli gessere cum Gallis.	*I*	
Tart., 215	1294	*III*		*II*	
		Pont. CXCVIIII - Celestinus V, *mm.* V.			
c. 82 v			Florentini ecclesiam maximam aedificare caeperunt, quam quadrato scultove marmore eximie ac magnificentissime construxerunt. Caelestinus, propriae quieti atque saluti consulens, se abdicavit pontificatu quinto fere mense postquam fuerat assumptus.		

---

4. Arragonensis] *D.* Aragonensi — 11. Arragonenses] *D.* Aragonenses — 16-17. depraedatur] *il dittongo aggiunto in M. manca in A.* — 19. opida] *D.* oppida — 24. milibus] *D.* millibus — 25. prae timore] *segno divisorio tra le due parole in A.*; pretimore *in M.* — 33. Athaulphus] *D.* Asthaulphus; *in M. il* t *aggiunto* — 38. ecclesiam] *il primo* c *aggiunto in M.* — 39. scultore] *D.* sculptore - eximie] *M.* eximiae

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	Pont. CC. - Bonifatius VIII, *aa.* VIII, *mm.* VIIII, *dd.* XVII.			
1295	*I*	Ludovicus, Francorum rex, qui augendae Christianitatis gratia in Africa obiit, in Beatorum numero a Bonifatio describitur.	*III*	
1296	*II*	Florentini castella duo in valle superioris Arni condiderunt, Francum scilicet et Johanne.' Tart., 216	*IIII*	
1297	*III*	Dinus Mugellanus utriusque iuris eruditissimus claret.	*V*	
1298	*IIII*	Genuenses in Adriatico mari Venetos superant et septuaginta eorum naves captas Genuam deducunt.	*VI*	
		Palatium florentini populi, quo Priores inhabitant, aedificari est caeptum.		
		Albertus, Rodulphi quondam imperatoris filius, Athaulphum imperatorem in praelio superatum occidit et decem annos imperium obtinuit.		
			Imp. XXVIII. - Albertus, *aa.* X.	
1299	*V*	Florentinae urbis menia maiori ambitu, sicuti nunc existunt, fundari sunt caepta.	*I*	
		Casanus, Tartarorum rex, Saracenos superat' et sepulchrum dominicum ottinet. c. 83 r		
		Bonifatius heresim eorum, qui se fraticellos dicebant, damnavit et ubique persecutus est.		
1300	*VI*	Iubileus indicitur a Bonifatio pontifice.	*II*	
		Celebrans adhuc Pontifex iubileum' in publico praelatorum assessu contionavit et recensuit se eo anno XII legationes, quarum Florentinie xtiterant principes, a diversis mundi principibus accepisse et, legatorum inde nominibus atque familiis palam exhibitis, iniunxit: In gloriam igitur Florentini nominis affirmo in gubernatione orbis terrarum Florentinos aliud elementum fore. Tart., 217		
		Cometes in caelo apparuit.		
1301	*VII*	Dantes Aligherius agnoscitur.	*III*	
1302	*VIII*	Concitata apud Belgas multitudine, opifices et infimae conditiones homines a Francis defecerunt et domini provinciae facti ingentes regis Francorum copias superant et crudelissime interficiunt.	*IIII*	*vid*
1303	*VIIII*	Philippo, Francorum rege, procurante et pecunias conferente, Sarra Colummensis, praeparato satis magno armatorum hominum numero, Bonifa-	*V*	

4. in Africa] *D. omm.* — 7. Johanne] *in M. segue una litura di* s — 11. septuaginta] *A.* LXX — 14. aedificari] *A.* hedificari *coll'*h *espunto* - caeptum] *D.* ceptum — 16. Athaulphum] *D.* Asthaulphum - imperatorem] *M. aggiunta interlineare* — 19. menia] *D.* maenia — 20. existunt] *D.* extant - caepta] *M.* cepta — 22. ottinet] *D.* obtinet — 26. celebrans] *l's su litura in M.; prima* celebrante - Pontifex] *la desinenza su litura in M.* - iubileum] *la desinenza su litura in M.* — 27. assesu contionavit] *le desinenze su litura in M.* - et] *su litura in M.* — 34. Cometes] *l'*es *litura in M. ed A.* — 35. Aligherius] *D.* Aldigherius — 41. Sarra] *così A. con litura di* e *tra l's e l'a: M. D.* Scarra

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
c. 83v			tium pontificem, Ananiae consentiente populo, capit et custodire iubet. Quam Pontificis iniuriam tertia die ananiensis popu'lus ad conscientiam reversus non tulit, sed illum per tumultum liberavit. Qui Romam profectus et nimio dolore gravatus post parum in morbum incidens interiit.		
		Pont. CCI. - BENEDICTUS XI, *mm.* VIIII; *post quem vacavit sedes, mm.* XI.			
	1304	*I*	Franciscus Petrarcha, egregius poeta futurus, nascitur.	*VI*	
			Franci navali primo, mox etiam terrestri praelio cum Belgis pugnantes, multis utriusque partis interfectis milibus, non incruentam victoriam adepti sunt. Postquam, reparatis continuo copiis et ad dimicandum animis erectis, cum quisque suum eventum formidaret, acceptam utrisque gentibus pacem consenserunt.		
	1305	*II*	Paleologus, constantinopolitanus imperator, moritur et succedit ei Andronicus.	*VII*	
			Angli Scotos subigunt, qui sequenti anno regem sibi eligentes defecerunt.		
		Pont. CCII. - CLEMENS V, *aa.* VIII, *mm.* X, *dd.* XV.			
	1306	*I*	Clemens Arragonensium Regem in Sardiniae regem confirmavit.	*VIII*	
			Florentini et Lucenses, unitis castris, Pistorium capiunt.		
c. 84r	1307	*II*	Adoardus, Anglorum praestabilis famae rex, obit et suscipit regnum Adoardus, eius filius.	*VIIII*	
TART., 218	1308	*III*	Albertus imperator, cum Rhe'num transisset, navi descendens a nepote suo interficitur.	*X*	
				Imp. XXVIIII. - HENRICUS VII, *aa.* IIII, *mm.* VIII.	
			Veneti Ferrariam occupant et ideo a Clemente pontifice interdicti sunt sacris, nec multo post bello superati illam amittunt.		
	1309	*IIII*	Rhodus in Christianorum potestatem devenit.	*I*	
			Carolus II, Apuliae rex, moritur, cui succedit Robertus, eius filius, annis XXXIII.		
			Bolis perpetua ardens per caelum dilabitur.		
	1310	*V*	Ioannes, Henrici imperatoris filius, Regis Boemiae filiam uxorem accipit et regno, cuius illa fuerat heres, potitur.	*II*	
			Henricus Italiam ingressus Mediolani coronatur.		

14. milibus] *D.* millibus — 22. defecerunt] *in D. segue di carattere diverso aggiunto posteriormente:* pro tunc confestim vires resumentes convalescunt — 25. Arragonensium] *D.* Aragonensium — 29. famae] *M.* fame — 34. VII] *M.* VI *sull'estremo margine; forse in origine* VII *tagliato nella legatura*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1311	*VI*	Concilium viennense biennio celebratur. Ludovicus, Caroli secundi regis Apuliae filius et tolosanus quondam episcopus, inter sanctos pontifice concedente refertur.	*III*	
1312	*VII*	Henricus, Romam ingressus, contra decus imperii Laterani per contentionem coronatur, et in Florentinos inde versus ad salvianas aedes sub ipsis pene urbis menibus posuit castra.	*IIII*	*vi lx*
1313	*VIII*	Henricus, Pisis novis comparatis copiis et cum Genuensibus Federicoque Siciliae rege conventionibus factis, contra Robertum, Apuliae regem, ire conten'dit, quo in itinere apud Buonconventum morbo superante correctus interiit. *c. 84 v*	V	
			Vacavit imperium a. I.	
1314	*VIIII*	De imperatore deligendo contentio facta est, in qua quidam Ludovicum, alii Federicum elegere, quamobrem inter eos bellum exoritur duravitque annos otto, quo tandem anno Ludovicus ottinuit et solus regnavit annis XXIIII. Tres simul lunae in caelō apparuerunt. Fulgor, quem cometen dicunt, tribus mensibus emicuit. Francis regnat Ludovicus, Philippi filius, annis II.	*I*	
	Pontificum sedes vacavit aa. II, *mm.* III, *dd.* XVII.		*Imp. XXX.* - LUDOVICUS IIII, *cognomine Baverius, aa.* XXXII.	
1315	*I*		*I*	
1316	*II*	Ugucio Fagiolanus, Pisanorum Lucen'siumque tyrannus, Pisis vadens Lucam, eadem die ambabus illis urbibus excluditur. Tart., 219 Castrucius, apud Lucenses ob illatam mortem mortis reus, populari factione e medio iudicio sublatus, dominus civitatis efficitur. In pago vallis superioris Arni, nomine Terraio, monstrum natum est habens duos pueros uno umbellico ad invicem iunctos, cui ab uno latere et genitalia erant membra et bina quoque pendebant invalida crura, ab altero vero latere crus solum exibat non perfectum' vixitque diebus XL. *c. 85 r* Ludovico, Francorum rege, mortuo, succedit ei Iohannes eius filius puer diebus XX, post quem Philippus, Ludovici frater, annis V.	*II*	

3. tolosanus] *D.* tholosanus — 7. Salvianas aedes] *D.* Salvianam aedem *con due* s *sovrapposti ai due* m — 9. novis] *aggiunta interlineare in M.* — 10. Federicoque] *D.* Fredericoque — 10-11. conventionibus] *M. le prime due sillabe su litura* — 12. Buonconventum] *D.* Bonconventum — 14. Vacavit.... I] *aggiunto posteriormente in M.* - I] *A. M.* uno — 16. Federicum] *D.* Fredericum - elegere] *il secondo* e *in M. litura di* l — 18. otto] *D.* octo — 21. cometen] *in A. l'*n *su litura; M.* cometem — 24. IIII] *A. omm.* — 25. Baverius] *A.* Bavarius — 28. Ugucio] *M.* Uguccio] *col primo* u *espunto; D.* Uguccio — 29. eadem] *in M. l'*a *su litura* — 35-36. umbellico] *D.* umbelico

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	Pont. CCIII. - IOHANNES XXII, *aa.* XVIII, *mm.* IIII.			
1317	*I*		*III*	
1318	*II*	Genuenses dominium civitatis Roberto, Apuliae regi, concesserunt.	*IIII*	
1319	*III*		*V*	
1320	*IIII*	Castruciani belli adversus Florentinos principium.	*VI*	
1321	*V*	Dantes Alighierius, florentinus poeta, Ravennae in exilio moritur aetatis suae anno LVI.	*VII*	
		Francis regnavit Carolus, praecedentis Philippi frater, annis VI.		
1322	*VI*	Supra triginta Syrorum equitum milia Armeniam depredantes magnam Christianorum multitudinem in servitutem capiunt.	*VIII*	*vidxx*
		Scoti Anglos ad bellum summoverunt, quapropter Angli Scotiam temerarie ingressi plus quam viginti hominum milia inedia perdiderunt, post quam calamitatem Scoti iterum Angliam repetentes regias copias superarunt.		
1323	*VII*	Thomas Aquinas a Iohanne pontifice inter sanctos relatus est.	*VIIII*	
		Iohannes pontifex Ludovicum, Bavariae ducem, ad imperium iam pridem delectum ecclesiae communione interdixit et variis censuris pu'blice condemnavit. (*c. 85 v*)		
1324	*VIII*	Iohannes pontifex constitutiones fecit contra dicentes Christum et eius Apostolos nihil in hoc mundo possedisse, id erroneum censens et tanquam hereticum damnans qui idem confirmaret.	*X*	
1325	*VIIII*	Gentilis Fulginas et Dinus Florentinus praestabilis sapientiae medici in Italia habentur.	*XI*	
1326	*X*		*XII*	
1327	*XI*	Ludovicus Romae, praeter Pontificis voluntatem a Sarra Columnensi nulla solita solennitate servata coronatus, sua sententia Iohannem pon'tificem privat et Petrum Corbariensem ordinis Minorum pontificem facit, a quo iterum imponi sibi coronam iubet et sibi invicem falsi suae dignitatis auctores fiunt. (TART., 220)	*XIII*	
		Francis regnat Philippus, trium praecedentium Regum patruelis frater annis XXIII.		
1328	*XII*	Castrucius circa Pistorium undique vallo atque fossis cinctum, paucioribus insistentens copiis, intus	*XIIII*	

6. 1319.... v] *aggiunto posteriormente in M.* — 7. 1320] *correzione di* 119 *in M.* - Castruciani] *M.* Castrucciani *col* c *espunto* — 9. Alighierius] *D.* Audighierius — 13. triginta] *D.* xxx - milia] *D.* millia — 17. temerarie] *D.* temere — 18. milia] *D.* millia - inedia] *M. A.* inaedia — 25-26. condemnavit] *A.* condennavit — 30. hereticum] *l'h aggiunto in A.* - damnans] *A.* dannans — 35. Sarra] *M. A. D.* Scarra - Columnensi] *A.* Columnensi — 41. Philippus] *A.* Phylippus — 43. Castrucius] *M. A.* Castruccius

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		simul extraque oppugnatis, tanta virtute industriaque praevaluit, ut in maximarum hostium copiarum oculis urbem illam mirabili fama potiretur.		
		Castrucius et Galeactius Vicecomes ex contracto ob nimium laborem in pistoriensi obsidione morbo e vita migrarunt.		
		Petrus de Murrone, qui quondam pontifex Celestinus v dictus est, in catalogo Sanctorum describitur. *c. 86 r*		
1329	*XIII*	Pisani, qui post Castrucii mortem in Ludovici imperatoris potestatem devenerant, in libertatem se vindicarunt.	*XV*	
		Gherardinus Spinula genuensis suis privatis pecuniis Lucam urbem emit.		
1330	*XIIII*	Graeci Teucros invadentes ingens bellum excitarunt, quod proximis annis saepius renovatum est.	*XVI*	
		Solis et lunae eodem anno facta defectio.		
		Pisani Petrum Corbariensem, falsum pontificem, quem imperator Ludovicus in Germaniam transiens Pisis reliquerant, capiunt et ad Iohannem pontificem Avinione tunc degentem mittunt, apud quem suum errorem confessus vitam suppliciter exoravit, donec triennio post honesto carcere asservatus interiit.		
1331	*XV*	Iohannes, Boemiae rex, Italiam ingressus Brixiam, Bergomum, Lucam, Parmam, Regium et Mutinam in suum arbitrium potestatemque accepit.	*XVII*	
1332	*XVI*	Genuenses navali praelio Arragonenses superant et eorum littora cupidissime depredantur.	*XVIII*	*vidxxx*
1333	*XVII*	Arnus, continuis imbribus immense auctus, tres Florentiae pontes cum murorum urbis parte ac proximis fluvio aedificiis maximo civium terrore prostravit. *c. 86 v*	*XVIIII*	
1334	*XVIII*	Marmorea turris singulari praestantia splendidissimi operis ad Reparatae templum Florentiae fundari est cepta.	*XX*	
		Iohannes pontifex et Philippus, Francorum rex, una cum Venetis in Graecorum defensionem classem armarunt, qua superatos Teucros represserunt.		
		Iohannes pontifex aetatis suae anno xc pridie nonas decembris Avinione moritur, relinquens in thesauris suis ingentem vim auri atque argenti, cuius recta computatio fuit aurearum dragmarum $\overline{\overline{\text{xxv}}}$, hoc est milies viginti quinque milia, quod scripsisse *Tart., 221*		

4. Castrucius] *D.* Castruccius - Galeactius] *D.* Galeatius — 7. Murrone] *A. D.* Murone - quondam] *D.* quodam — 8. in] *aggiunta interlineare in A.* - catalogo] *D.* cathalogo — 10. Castucii] *D.* Castruccii — 12. vindicarunt] *D.* vendicarunt — 15. Teucros] *D.* Theucros — 25. Boemiae] *M.* Buemiae; *A.* Boemiae *con l'o su correzione di* u — 29. littora] *D.* litora — 34. praestantia] *A.* prestantia — 38. Graecorum] *A.* Grecorum — 39. Teucros] *in D. soprascritta la parola* rurchos — 44. milies] *D.* millies - milia] *D.* millia

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		arduum quippe videtur; nec legitur aliis temporibus Ecclesia romana fuisse locupletior.		
	Pont. CCIIII. - Benedictus XII, *aa.* vii.			
1335	*I*		*XXI*	
1336	*II*	Prima Venetum cum florentino populo societas facta est adversus Mastinum, Veronensium tyrannum. Iottus, vir praeclarissimi in pittura ingenii, qui antiquatam iam longo tempore pingendi artem nobilissimam reddidit, defunctus est.	*XXII*	
1337	*III*	Cometes quattor menses apparuit et, antequam extinctus fuit, emicuit alter mensibus ii.	*XXIII*	
1338	*IIII*	Romani a Florentinis populares quasdam leges (c. 87 r) per legatos poposcerunt.	*XXIIII'*	
1339	*V*	Censu Florentiae agitato inventa sunt hominum intra urbem degentium $\overline{\text{xc}}$. Decem Saracenorum milia ab Hispanis cesa et totidem capta.	*XXV*	
1340	*VI*	Cometes in caelo est visus. Franci ab Anglis superati decem eorum milia periere. Pestis Florentiae $\overline{\text{xvi}}$ urbanae multitudinis extinxit et per agrum foeda strage deseviit.	*XXVI*	
1341	*VII*	Luca, a Florentinis empta atque recepta, nono fere mense a Pisanis aufertur.	*XXVII*	
	Pont. CCV. - Clemens VI, *aa.* xi.			
1342	*I*	Gualterius gallus, falsis titulis Athenarum dux, Florentiae tyrannidem decem menses ottinuit. Robertus, Apuliae rex, nullo sibi superstite filio moritur et Andream, Caroli fratris sui atque Ungariae regis nepotem, cui Iohannam neptem uxorem dederat, post se regnare iubet, qui regnavit annis iii.	*XXVIII*	*$\overline{\text{vi}}$dxl*
1343	*II*		*XXVIIII*	
1344	*III*	Christiani magna classe in Teucros vecti Smirneum oppidum ottinuerunt, et magna deinde utriusque gentis clade saepius pugnarunt.	*XXX*	
1345	*IIII*	Andreas, Apuliae rex, laqueo necatus est, consentientibus agnatis eius regno inhiantibus; post quem septem annos sub varia Principum con'tentione (c. 87 v) regnum in armis fuit.	*XXXI*	

2. Ecclesia] *il primo* e *aggiunto in M.* — 7. Iottus] *D.* Ioctus — 10. cometes] *la desinenza su litura in M. ed A.* - quattor] *D.* quatuor — 11. extinctus.... alter] *le desinenze su litura in M. ed A.* — 13. poposcerunt] *il primo* po *su litura in M. ed A.* — 15. urbem] *aggiunta interlineare in M.* — 16. milia] *D.* millia - cesa] *A.* caesa - 18. cometes.... visus] *le desinenze su litura in M. ed A.* — 19. decem eorum milia] *D.* ad decem millia — 22. foeda] *D.* feda - deseviit] *l'*it *su litura in M. ed A.* — 26. Gualterius] *D.* Vualterius — 34. in] *M. su litura* — 34-35. Smirneum] *D.* Smyrneum — 35. ottinuerunt] *D.* obtinuerunt — 39. septem] *A.* settem

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1346	*V*	Fames ingens per universam Italiam, in qua mendicantium turbae' vel inhumano quoque cibo vix sustentate fuisse traduntur. (Tart., 222)	*XXXII*	
		Adoardus Anglorum rex, Philippum, Francorum regem, superat, in quo praelio supra viginti hominum milia periere.		
			Imp. XXXI. - Karolus IIII, *aa* XXXII.	
1347	*VI*	Igneus vapor magnitudine horribili, boreali movens regione, magno aspicientium terrore per caelum dilabitur, et quidam scribunt hoc eodem anno quasdam bestiolas multiplicato numero in Oriente e caelo cecidisse, quarum corruptio et foetor pestilentiam intulerunt.	*I*	
1348	*VII*	Lugubris et miseranda pestis pene per orbem, quae in Asia apud Indos incipiens passimque provincias irrepens trium annorum spatio usque Brittannos ubique terrarum in omnes gentes deseviit, et hoc anno amplius sexaginta hominum milia Florentiae intra urbem absumpsit et per agrum cuncta prope deserta reliquit.	*II*	
1349	*VIII*	Philippus, Francorum rex, viennensem principatum emit.	*III*	
		Viliacum, Germaniae urbs, terremotu corruit et per Pannoniam atque Italiam nonnullae' civitates nutarunt, in quibus aedificia quaedam funditus corruerunt. (c. 83 r)		
1350	*VIIII*	Philippus, Francorum rex, obiit et Iohannes filius eius in regno successit, postquem tres Caroli ab eo per successionem nati usque in praesentem diem id regnum possident.	*IIII*	
1351	*X*	Pistorium Florentini receperunt.	*V*	
		Iohannes Vicecomes, Mediolanensium praesul et eiusdem quoque civitatis tyrannus, in Florentinos bellum movet.		
		Genuenses et Veneti maritimis inter se praeliis varie iactantur et adeo gravioribus incenduntur odiis, ut, qui pluries vicerint, pluries ipsi quoque vincerentur. Quibus in contentionibus Creta, Euboia, Thenedos et aliae quaedam insulae nec minus convicina Venetiis littora vel capta sunt vel penitus depredata.		
		Cometes sub ipso septentrione mense decembri apparuit, quo extincto graves ventorum estus		

3. sustentate] *A.* substentate; *D.* substentatae — 4. Adoardus] *D.* Adohardus — 10. eodem] *M. su litura* — 12. caelo] *M.* celo — 16. spatio] *D.* spacio — 16-17. Brittannos] *in A. un* t *aggiunto; D.* Britannos — 17. deseviit] *la desinenza su litura in M.; A.* desevit — 18. milia] *D.* millia — 20. prope] *M. su litura* — 23. terremotu] *D.* terraemotu — 25. aedificia] *A.* edificia — 31. receperunt] *M. A. su litura* — 36. varie] *A.* variae — 41. depredata] *D.* depraedata — 42. Cometes] *C*es *su litura in M. ed A.* — 43. quo extincto] *la desinenza su litura in M. ed A.*

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
			sussecuti sunt et caelestis trabs priore ardente parte per caelum labi visa est.		
	1352	*XI*	Ludovicus, Philippi tarentini principis filius, postquam contra Ludovicum, Pannoniae regem, Apuliae regnum ottinuit, Clementis pontificis nomine Neapoli inunctus[1] regiam potestatem accepit.	*VI*	$\overline{vi}$dl
c. 88 v Tart., 223			Caelestis flamma post solis occasum inter zephirum atque austrum latissime excrescens terribileque ostentans incendium tandem murmure magno per caelum ruit.		
		Pont. CCVI. - Innocentius VI, *aa.* x.			
	1353	*I*	Caelestis quoque flamma longum pro se trahens extinctum limitem a septentrione in austrum repente fertur.	*VII*	
	1354	*II*	Infinitus prope locustarum numerus in Africa Cyproque apparuit, quae herbarum simul et arborum teneras depascentes frondes magnam frugum sterilitatem fecere.	*VIII*	
			Solis facta defectio.		
			Iohannes Vicecomes, Mediolanensium praesul et bellicosissimus tyrannus moritur.		
	1355	*III*	Carolus, Romae solemni celebratione inunctus, imperii coronam tranquillissime suscipit.	*VIIII*	
			Marinus Falieranus, Venetiarum dux, cum usurpare sibi universam reipublicae licentiam quaesivisset, securi percussus dignum suae vitae exitum invenit.		
			Bartholus de Saxoferrato, praestabilis civilium legum interpres et copiosissimus explanator, obiit aetatis suae anno LVI.		
c. 89.	1356	*IIII*	Ludovicus, Pannoniae rex, Venetis bellum movet, in quo supra quadraginta armatorum equitum milibus in Italiam ductis, Tarvisium obsidet.	*X*	
			Belgae, Germaniae fines ingressi, non longe a flumine Rheno centum milia Bramanzonum superant et praecipuas eorum urbes capiunt.		
			In Hispania, et praecipue Sibiliae et Cordubae, plurima aedificia terremotu conciderunt.		
			Angli in pitiriensi agro Francos superant et Iohannem, eorum regem, cum Philippo filio capiunt.		
	1357	*V*		*XI*	
	1358	*VI*	Ungariae rex Venetis pacem petentibus perhumaniter assentitur.	*XII*	

1\. sussecuti] *D.* subsecuti - trabs] *su litura in M.* — 5. ottinuit] *D.* obtinuit — 15. prope] *D.* quoque; *in M. precede un* q *espunto* - Africa] *A.* Affrica — 17. depascentes frondes] *D.* frondes depascentes — 33. milibus] *D.* millibus - Tarvisium] *la prima sillaba su litura in M. ed A.* — 34. Belgae] *A.* Belge — 35. milia] *D.* millia — 37. et] *D. omm.* — 39. pitiriensi] *D.* Pytiriensi

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
1359	*VII*	Adoardus, Angliae rex, Iohannem, Francorum regem, liberum esse voluit, et quibusdam conditionibus illum dimisit; quibus non observatis, Adoardus ipse armatis supra centum et quinquaginta navibus ingentem exercitum in Galliam ducit et magna clade illam provinciam afficit.	*XIII*		
1360	*VIII*	Adoardus rex Parisium obsidet.	*XIIII*		
1361	*VIIII*	Pisani contra Florentinos bellum resumpserunt. Volaterrani in Florentinorum potestatem redierunt.	*XV*		TART., 224
1362	*X*		*XVI*	*v̄idlx*	
	Pont. CCVII. - URBANUS V, *aa.* VIII.				
1363	*I*	Pisani in praelio capti ad spectaculum florentini' populi quadraginta quatuor curribus per urbem devehuntur.	*XVII*		*c. 89 v*
1364	*II*		*XVIII*		
1365	*III*	Carolus imperator in Italiam revertitur et cum Urbano aliquibus rebus archane conpositis trans Alpes reduxit.	*XVIIII*		
1366	*IIII*	Nicolaus Acciaiolus, eques florentinus et regni Apuliae nobilissimus gubernator, Neapoli moritur aetatis suae anno LVI.	*XX*		
1367	*V*	Brigida, devotissima Christi mulier et in regno Svetiae Neritiae princeps, Romam peregre profecta in Italia cognoscitur.	*XXI*		
1368	*VI*		*XXII*		
1369	*VII*	Leonardus Brunus historicus Arretii nascitur.	*XXIII*		
1370	*VIII*	Carolus imperator iam aetate gravis propriae consulens quieti Vincislaum filium suum natu grandiorem Caesarem facit et successorem sibi in imperio deligit.	*XXIIII*		
	Pont. CCVIII. - GREGORIUS XI, *aa.* VII, *mm.* V.				
1371	*I*		*XXV*		
1372	*II*	Paulus geometra Florentiae habetur insignis.	*XXVI*	*v̄idlxx*	
1373	*III*		*XXVII*		
1374	*IIII*	Franciscus Petrarcha, egregii nominis poete, in patavini agri pago, qui Arquada dicitur, obiit.	*XXVIII*		
1375	*V*	Principium belli, quod Florentini gessere cum Gregorio pontifice. Iohannes Boccaccius, vir ameni ingenii et latina patriaque facundia in scribendo celebris, e vita migravit aetatis anno LXII.	*XXVIIII*		*c. 90 r*
1376	*VI*		*XXX*		
1377	*VII*		*XXXI*		

19. archane] *A.* arcane — 23. aetatis] *in M. il segno di dittongazione aggiunto; A.* etatis — 24. Brigida] *D.* Brisida — 29. propriae] *A.* proprie — 43. aetatis anno] *A. M.* etatis anno; *D.* anno aetatis suae

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1378	*VIII*	Gregorius pontifex intollerabili vesicae dolore Romae interiit circiter kalendas aprilis.	*XXXII*	
	Pont. CCVIIII. - URBANUS VI, *aa.* XI, *mm.* VIII.			
		Urbanus, natura inquietus et inhumanus in Patres, sex simul cardinales Luceriae in carcere reclusit et non multo post necari iussit.		
		Patres dolentes Pontificem contumacem delegisse ab eo recessere et, Fundis conventu facto, Clementem elegere sicque, duobus adsumptis pontificibus, divisa est romana Ecclesia et principium habuit scisma, quod per novem et triginta duravit annos usque ad Martinum V Constantiae, sublata divisione, delectum. (TART., 225)		
		Infima et mercennaria plebs per discordias maiorum civium Florentiae sublevata honores civitatis sibi comedi postulavit, quibus seditionibus civitas varie quassata maximum detrimentum suscepit.		
		Carolus imperator humana functus vita decessit.		
		Vincislaus, cum iam regnasset cum Carolo patre annis otto, regnavit solus annis XXII. (*c. 90 v*)		
			Imp. XXXII. - VINCISLAUS, *aa.* XXII.	
1379	*I*		*I*	
1380	*II*		*II*	
1381	*III*	Carolus, regio Francorum genere natus, ab Urbano pontifice ex Ungaria evocatus Ludovicique, Ungariae regis, copiis adiutus, in Italiam venit, regnum Apuliae ottinuit et Iohannam reginam, Clementi pontifici inherentem, interfici procuravit.	*III*	
1382	*IIII*	Ludovicus, Andegaviae dux et Francorum regis frater, quinquaginta ferme et quinque Gallorum equitum milia in Italiam ducit et Apuliae regnum contra Carolum biennio debellat, quo demum anno peropportune Carolo interiit.	*IIII*	*vidlxxx*
		Ludovicus, Ungariae rex, sine virili prole e vita migravit.		
1383	*V*	Pestilentia Florentinos afflixit.	*V*	
1384	*VI*	Arretium in florentini populi potestatem devenit.	*VI*	
1385	*VII*	Galeatius mediolanensis Bernabovem, patruum suum, captum occidit, et eius potitus regno in Citeriori Gallia potentissimus evadit.	*VII*	
		Ungariae proceres gubernationem Reginae		

1. vesicae] *A.* vesice — 10. adsumptis] *in M. il* d *su litura; A. D.* assumptis — 16. sublevata] *A.* sullevata — 22. otto] *A.* VIII; *D.* octo — 31. Andegaviae] *il primo* e *su litura in M. ed A.* — 33. milia] *D.* millia — 34. debellat] *segue in M. una litura di* ur - quo] *A. su litura* — 39. Arretium] *D.* Aretium — 42. in] *D. omm.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
		aequo animo non ferentes, Carolum, Apuliae regem, evocarunt, qui in Ungariam profectus' communi principum populorumque favore regiam coronam accepit et proximis inde diebus Reginae dolo est interfectus.			*c. 91 r*
		Ladislaus, predicti Caroli filius, in Apuliae regnum successit annis xxviiii.			
1386	*VIII*	Sigismundus, qui postea imperavit, Ungariae regnum suscepit.	*VIII*		
1387	*VIIII*		*VIIII*		
1388	*X*		*X*		Tart., 226
1389	*XI*		*XI*		
	Pont. CCX. - Bonifatius VIIII, *aa.* xiiii, *mm.* viiii.				
1390	*I*	Hoc anno in scismate eligitur Benedictus xiii, qui post Clementem pontificatum tenuit annis xviiii.	*XII*		
		Principium belli, quod Galeactius mediolanensis duodecim annis cum Florentinis gessit.			
		Stephanus, Bavariae dux, e Germania a Florentinis conductus, in Italiam contra Mediolanensem magno exercitu venit, et nihil memorabile gerens in suam regionem revertitur.			
1391	*II*	Iacobus, Armeniaci comes, acceptis Florentinorum stipendiis ut Mediolanensi inferret bellum, ex Ulteriore Gallia ingentem exercitum in Citeriorem Galliam traducit, in qua provincia secus Alexandriam statim profligatus interiit.	*XIII*		
		Decies centena et ducenta sexaginta sex aurei' nummi milia per sex tantum huius anni menses in mediolanensi bello a florentino populo expensa sunt et integre persoluta.			*c. 91 v*
1392	*III*	Iacobus Appianensis, publicus Pisanorum scriba, qui multos annos secretissima queque in ea urbe tractaverat, Petrum Gambacurtam, civitatis principem, interfecit et dominium sibi civitatis arripuit.	*XIIII*	*vi lxc*	
1393	*IIII*	Iohannes Acutus, eques brittannicus, dux aetatis suae cautissimus et longa militia magnam rei militaris gloriam per Italiam assecutus, Florentiae diem obiit.	*XV*		
1394	*V*		*XVI*		
1395	*VI*	Italici generis homines circa hoc tempus arma resumpserunt et pro solventibus stipendia gerere bella ceperunt, cum superioribus temporibus per conductos externarum nationum equites bellare consuevissent.	*XVII*		

1. aequo] *A.* equo — 6. predicti] *D.* praedicti — 7. annis xxviiii] *aggiunta posteriore in M. ed A.* — 17. Galeactius] *A.* Galeazius; *D.* Galeatius — 25. ulteriore] *A. D.* ulteriori — 29. nummi] *M.* numi - milia] *D.* millia — 30. expensa] *D.* impensa — 36. brittannicus] *D.* brittanicus — 37. cautissimus] *il primo* u *su litura in A.* — 42. resumpserunt] *le prime due sillabe su litura in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
1396	*VII*		*XVIII*	
1397	*VIII*	Niccolus, eximii nominis medicus, Florentiae habetur doctissimus.	*XVIIII*	
1398	*VIIII*	Grysaloras bizantius disciplinam graecarum litterarum in Italiam retulit, quae per septingentos iam annos apud nostros homines in usu non habebatur.	*XX*	
c. 92 r Tart., 227 — 1399	*X*	Mirabilis Dealbatorum peregrinatio, quae ex Alpibus in Cisal'pinam Galliam progrediens usque ad extremas Italiae oras universos ubique populos apprehendit duravitque fere tris menses; in quibus praelonga populorum agmina vestibus induta albis supplici devotionis fervore ad vicinas civitates procedebant et universi misericordiam conclamabant et pacem; tantaque tenuit animos religio, ut, qui simili veste non conspiciebatur, Deo rebelles et ab humana conversatione separandi esse censerentur.	*XXI*	
1400	*XI*	Florentiae in vacua pene urbe, e qua cives magno effugerant numero, supra triginta hominum milia absumpsit lues. Paulus Guinisius apud Lucenses dominium civitatis arripuit. Vincislaus propter segnitiem atque lasciviam ab Electoribus est imperio depositus. Unde quidam hoc anno vacasse imperium scribunt, licet Robertus statim fuerit ad Imperium electum, sed non pariter ab omnibus et ubique receptus.	*XXII*	
			Imp. XXXIII. - ROBERTUS *Baverius, aa.* X.	
1401	*XII*	Robertus imperator, a florentino populo grandem pecuniam accipiens, contra Galeactium, Mediolanensium ducem, maximo exercitu in Italiam transit, et nulla memorabili gesta re trans Alpes revertitur.	*I*	
c. 92 v — 1402	*XIII*	Cometes in caelo est visus. Galeactius, Mediolanensium dux, continuans adhuc per suos duces in Florentinos bellum, apud Marignanum, mediolanensis agri opidum, moritur. Tamburlanus, incredibilis potentiae imperator, moritur. Fuerat apud Tartaros natus humili loco et tantas vires adeptus, ut supra duodecies centena hominum milia haberet in castris. Qua multitudine attritis bello Teucris, eorum Imperatorem catenis vinctum aureis currui, quo vehebatur, quasi	*II*	*vide*

2. Niccolus] *D.* Nicolus — 4. Grysaloras] *A.* Grisaloras — 17. separandi] *l'i su litura in M.* — 19-20. milia] *D.* millia — 31. Galeactium] *A. D.* Galeatium — 34. Cometes.... visus] *le desinenze su litura in M. ed A.* — 35. Galeactius] *A. D.* Galeatius — 37. opidum] *D.* oppidum — 39. Fuerat] *segue in M.* enim *espunto* — 41. milia] *D.* millia — 42. attritis bello] *di mano diversa su litura in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
		triumphans adiunxerat. Armenios praeterea prostraverat, subverterat Persas, destruxerat Egyptios, Damascum pene deleverat et quocumque eius transcenderat nomen sola fama, quasi fuisset missus a Deo, peccatorum ultor terribilis imminebat.			
1403	*XIIII*	Franci his temporibus Genuam aliquot annos possederunt.	*III*		
1404	*XV*	Paulus Cretensis, disputator suttilis, in Italia agnoscitur.	*IIII*		
	Pont. CCXI. - INNOCENTIUS VII, *aa.* II.				
1405	*I*	Ladislaus, Apuliae rex, per amicitiae speciem Romam ingressus Romanos concitavit effecitque ut sumerent contra Pontificem arma, quibus in contentionibus undecim e primariis civibus per fautores Pontificis intercepti necantur. Post quae perterrefactus Pontifex omni curialium turba Viterbium commigravit et commoratus est ibi aliquot menses, donec Romani, pluribus legationibus illum revocantes, dominationem quoque Urbis eidem reddiderunt.	*V*		TART., 228 / *c. 93 r*
1406	*II*	Pisae bello et fame domitae in potestatem florentini populi devenerunt.	*VI*		
	Pont. CCXII. - GREGORIUS XII, *aa.* II, *mm.* VII.				
		Gregorius pro unione Christianorum electus obligaverat se ad pontificatum deponendum, si Benedictus, qui pontificatum alterum in Gallia retinebat, se quoque abdicaret.			
1407	*I*	Cohortantes igitur in principio sese et abdicationem mutuam offerentes, Saonam, in qua urbe convenirent, elegerunt.	*VII*		
1408	*II*	Sed in conveniendo se ad invicem illudentes maxima Christianorum incusatione maiorem divisionem concitarunt.	*VIII*		
		Ladislaus rex per absentiam Pontificis Romam occupavit.			
1409	*III*	Concilium ingens Pisis celebratur, in quo accusati de collusione Pontifices ambo privantur et Alexander Cretensis ad pontificatum assumitur.	*VIIII*		
	Pont. CCXIII. - ALEXANDER V, *mm.* XI.				
		Alexander Ludovico, Ludovici Andegavensis filio, regni Apuliae concessionem fecit.			*c. 93 v*
1410	*I*	Florentini a Ladislao rege Cortonam emerunt urbem.	*X*		

1. triumphans] *D.* tryumphans — 2. Egyptios] *A.* Aegiptios; *D.* Egiptios — 5. peccatorum] *A.* peccator — 11. speciem] spetiem — 13. sumerent] *A.* summerent — 14. undecim] *D.* xi

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
	Pont. CCXXIII. - IOHANNES XXIII. *aa.* IIII. *mm.* X.		*Imp. XXXIIII.* - SIGISMUNDUS, *aa.* XXVII.	
1411	*I*	Ladislaus rex a ducibus Iohannis pontificis in Regni finibus profligatus: Totius, inquit, Regni potestatem hostis in manibus habet, si uti victoria sciat.	*I*	
		Niccolus medicus Florentiae moritur, grande relinquens opus, quod de omni medicina, veterioribus auctoribus exquisitis, ediderat.		
1412 (Tart., 229)	*II*		*II*	*$\overline{vi}$dcx*
1413	*III*	Ladislaus rex Romam iterum occupavit, Pontifice cum universa curia Florentiam commigrato.	*III*	
1414	*IIII*	Ladislaus rex Neapoli moritur et succedit ei Iohanna, soror eius, annis XXI.	*IIII*	
		Leonardus Brunus Aristotelis Ethicorum libros per haec tempora latinos facit, et decem et otto annos post Politicorum quoque libros transtulit.		
		Concilium Constantiae celebrari ceptum, quod incredibili pene principum praelatorumque frequentia tres annos duravit.		
1415	*V*	Iohannes pontificatu se abdicavit.	*V*	
	Pontificum vacavit sedes, aa. II. *mm.* VI.			
1416	*I*	Gregorius, qui ante pisanum concilium fuerat pontifex, Constantiam misit et se legitime abdicavit.	*VI*	
		(c. 94r) Benedictus quondam in Gallia pontifex, se pontificem pertinaciter asseverans, auctoritate concilii rursus improbatus damnatur.		
		Philippus Scolarius, eques florentinus, apud Sigismundum imperatorem honore et auctoritate primus habetur. Hic copiarum dux atque imperator ab Imperatore factus, viginti amplius praeliis variis temporibus Sarmathas et Teucros in Christianos Europe ruentes superavit et propriis quiescere sedibus compulit.		
1417	*II*	Lues ingens, in qua super $\overline{XVI}$ hominum Florentiae periere.	*VII*	
	Pont. CCXXV. - MARTINUS V, *aa.* XIII, *mm.* III.			
1418	*I*	Martinus in Italiam reversus biennio fere Florentiae commoravit.	*VIII*	
1419	*II*	Sigismundus imperator, mortuo Vincislao eius fratre, Boemiae regnum ottinuit.	*VIIII*	
1420	*III*		*X*	
1421	*IIII*	Valvae, in quibus inenarrabili sculti aeris opere Novi Testamenti historiae sunt, Florentiae ad	*XI*	

5. hostis] *aggiunta interlineare in M.* — 7. Niccolus] *D.* Nicolus — 12. commigrato] *D.* profecto — 13-14. Ladislaus.... XXI] *su cancellatura in D.* — 16-17. decem et otto annos] *di diversa mano su litura in M. ed A.* — 16. otto] *D.* octo — 31. ab imperatore] *aggiunta interlineare in A.* — 33. Europe] *D.* Europae — 44. sculti] *D.* sculpti

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.	
		sacras Baptisterii aedes imponuntur; et aliae, in quibus acta Veteris Testamenti solido itidem aere relevantur, fabricari hoc anno sunt caeptae, utrarumque scultor Laurentius fuit, statuariae quidem mirabilis artifex, qui historias veris persimillimas in illis effingens praestan'tissimum illustravit opus, quod non minori tamen spatio, quam quinquaginta annorum tempore, perfinivit.			*c. 94 v*
1422	*V*	Philippus, Mediolanensium dux, occupata Genua urbe, magnum exercitum inter Forum Cornelii Liviique Forum, continebat et in ipsis Florentinorum finibus terribilis imminebat. Quapropter suscipitur adversus eum a florentino populo bellum, quod usque ad obitum eiusdem Ducis duravit, annis scilicet supra xxv, infida tamen nonnumquam et insidiarum plena pace intercedente. Aureus nummus Florentiae extensus, quia lucri gratia quaedam aliae civitates illum extendentes suo signo figurabant.	*XII*	*v̄idcxv*	Tart., 2.0
1423	*VI*		*XIII*		
1424	*VII*	Braccius et Sfortia, peritissimi rei militaris duces, amici quondam in minoribus fuerant, potentiores inde per Italiam facti et de prioratu contendentes inimici fiunt. Amici tamen inimicive res magnas memorabilesque gessere. Tandem propter emulationem ad dimicandum vehementer irritati Sfortia in transitu Piscariae fluminis summersus periit; Braccius vero hoc eodem anno, cum Aquilam urbem ossideret, a copiis Pontificis superatus occiditur. Memorabilis pugna, in qua magnae equitum copiae adversus Mediolanensis exercitum a 'Florentinis missae non longe a Zagonara sua stoliditate profligantur.	*XIIII*		*c. 95 r*
1425	*VIII*	Veneti, unita cum florentino populo societate, adversus Mediolanensem bellum suscipiunt.	*XV*		
1426	*VIIII*	Brixia in Venetorum potestatem devenit, cuius deinde arx vi et machinis vix est expugnata.	*XVI*		
1427	*X*	Pax facta est cum Mediolanensi, in qua Bergomum quoque Venetis concessit.	*XVII*		
1428	*XI*		*XVIII*		
1429	*XII*	Bellum lucense a Florentinis suscipitur.	*XVIIII*		
1430	*XIII*	Solis facta defectio. Paulus Guinisius, qui Lucae dominabatur, dolo	*XX*		

1. sacras] *D.* sacram - aedes] *D.* aedem — 3. anno] *su litura in M.* - caeptae] *D.* ceptae — 4. scultor] *D.* sculptor — 7. spatio] *D.* spacio - quinquaginta] *l'*a *finale su litura* — 9. Philippus] *M.* Philipus *con segno divisorio tre l'* i *e il* p — 16-17. Infida.... intercedente] *agg. di mano diversa in M. ed A.; marginale in M.* — 28. eodem] *M. su litura* — 35. unita] *agg. interlineare in A.* — 41. *M. ha qui tre righe bianche con segno di abrasura; A. tre righe bianche; D. una sola riga bianca*

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
			suorum captus ad Mediolanensem deducitur et una cum filiis diuturno carcere maceratur.		
		Pont. CCXVI. - EUGENIUS IIII, *aa.* XVI.			
	1431	*I*	Mediolanensis classis Genuae comparata in ipso quoque Genuensium littore Venetis Florentinisque superantibus profligatur undecim navibus longis in fuga interceptis.	*XXI*	
	1432	*II*	Philippi mediolanensis supra tria equitum milia ab equitibus florentini populi sub Toporio, pisani agri opido, superata maiori ex parte capiuntur.	*XXII*	$\overline{vi}$*dcxxx*
c. 95 v TART., 231			Sigismundus imperator, Philippi mediolanensis potentia opibusque adiutus, in Italiam transit parumque prospere deinde succedentibus rebus diuturnis cunctationibus Romam tandem venit. In qua urbe ab Eugenio pontifice coronatus est; nec multo post Philippo evocatori infensus trans Alpes abivit.		
	1433	*III*	Cosma Medice Florentia pulso, vehemens in republica mutatio fuit.	*XXIII*	
	1434	*IIII*	Cosma Medice Florentiam revocato, gubernatio civilis reipublicae reformata est et diversae factionis principes in exilium sunt acti.	*XXIIII*	
	1435	*V*	Genuenses duos Arragonensium reges non procul Caieta navali praelio superatos capiunt et Mediolanum ad Philippum ducunt, qui eos benigne suscipiens liberalissime dimisit.	*XXV*	
			Genuenses liberationem inimicorum Regum indigne ferentes Mediolanensis repulso iugo se in libertatem vendicarunt.		
	1436	*VI*	Florentiae ecclesiam maximam, cuius testudo in terris singularis, Philippo florentino architecto curante, nullis sustentaculis absoluta est, Eugenius pontifex solemni pompa dedicavit.	*XXVI*	
	1437	*VII*	Sigismundus imperator diem obiit.	*XXVII*	
				Imp. XXXV. - ALBERTUS II. *aa.* II.	
c. 96 r	1438	*VIII*	Concilium Basileae congregatur lente tamen' et parva admodum frequentia auctoritateque nutritum, in quo post diutinam moram, privato demum Eugenio, Amadeus, Sebaudiae dux, ad pontificatum eligitur, quem Felicem IIII vocarunt.	*I*	
	1439	*VIIII*	Eugenius pontifex concilium Florentiae celebravit, in quo Greci, eorum Imperatore presente, de processione Spiritus Sancti idem quod romana tenet Ecclesia consenserunt.	*II*	

1. deducitur] *A.* perducitur — 8. milia] *D.* millia — 10. opido] *D.* oppido — 22. Arragonensium] *D.* Aragonensium — 23. Caieta] *il* C *su litura in M. ed A.* — 26. Genuenses liberationem] *su litura in M.* — 30. Florentino] *aggiunta interlineare in M., D. omm.* — 32. dedicavit] *il* cavit *su litura in A.* — 36. auctoritateque] *D.* auctoritate prius — 38. Sebaudiae] *D.* Sabbaudiae — 43. Ecclesia] *il primo* c *aggiunto in M.*

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		Nicolaus Euboicus, latinae et graecae linguae atque elegantiae princeps laudatissimus habetur, qui frequenti concilio medius assistens, multis et eruditis viris audientibus, me quoque teste visente audienteque, disputantium verba atque sententias, tum graece, tum latine probatas mira celeritate ultro citroque in utraque lingua fidelissime et summo ornatu reddebat.		
		Ambrosius, Ordinis camaldulensis generalis abbas, latinae grecaeque linguae accurate doctus et bonis omnibus disciplinis ornatus, in eo concilio clarus habetur.		
		Armeni et Indi in florentino concilio cum romana Ecclesia unitatem reintegrarunt.		
		Nicolaus Piccininus, copiarum mediolanensis Dux, cum crebris tormentorum ictibus Brixiam oppugnaret (Part., 232) et Veronam per proditionem evocatus fuisset, intempesta nocte maximis' equitum peditumque copiis (c. 96 v) urbem illam ingressus ottinuit, quam tertia die Franciscus, Sfortiae filius, comes et Venetorum Florentinorumque exercitus dux, tanta vi elatique animi praestantia recuperavit, ut singularis memoriae facinus habitum sit, ab ottava praesertim diei usque ad septimam noctis horam atrocis pugnae impetu intra urbem enixius perdurante.		
			Imp. XXXVI. - FEDERICO III, *aa.*	
1440	*X*	Piccininus apud Anglare a nostris superatus universum exercitum amisit et eius capta vexilla Florentiam sunt relata.	*I*	
1441	*XI*	Franciscus, Sfortiae filius, post multa egregia ac praeclara superior in gallico bello factus, ab amicis inimicisque pacis iungendae potestatem suscepit; parumque post, positis suo arbitratu conditionibus, pacem dedit, in qua Blancam, mediolanensis Ducis filiam, uxorem accepit et Cremonam atque Pontriemolim nomine dotis possedit.	*II*	
1442	*XII*	Alfonsus, Arragonensium rex, post diuturnam obsidionem Neapolim capit et Apuliae regnum obtinet.	*III*	*$\overline{\text{vi}}$dcxl*
		Rainerius, ex regio Francorum genere ortus, qui in Apulia dominatus est, per Etruriam iter faci'ens Florentiam venit ac inde Pisas, unde mox (c. 97 r) in Narbonensem navigavit.		
1443	*XIII*	Leonardus Brunus, historiographus Florentiae, moritur VII idus martii, aetatis suae anno LXXIIII.	*IIII*	
1444	*XIIII*	Triginta ferme Teucrorum milia inter Adrino-	*V*	

23. ab ottava] *su litura in M.; D.* ab octava — 37. Arragonensium] *D.* Aragonensium — 40. Rainerius] *D.* Raynerius — 42. ac] *su litura in A.* — 46. ferme] *in A. correzione di* fere - milia] *D.* millia

	AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
			polim Danubiumque a christianis sunt caesa. In qua pugna Wlasdislaus, Pannoniae rex, et Iulianus Caesarinus, diaconus cardinalis et in eo bello Pontificis praefectus, pro Christi nomine interierunt.		
	1445	*XV*	Eugenius pontifex picenum agrum, quem Franciscus, Sfortiae filius, per eiusdem Pontificis concessionem possederat, recepit.	*VI*	
Tart., 233	1446	*XVI*	Veneti, unito suo et florentini populi equitatu, inter cremonensem atque mantuanum agrum in ripis Padi fluminis magnas equitum Mediolanensis copias profligarunt, posterisque diebus iacto super Adduam ponte et superatis, quos tumultuarie hostis reparaverat, equitibus, usque ad menia urbis nullo penitus obviante mediolanensem agrum depraedantur. Eugenius Romae moritur VII kalendas martii.	*VII*	
		Pont. CCXVII. - Nicolaus V, *aa.*			
c. 97 v	1447	*I*	Philippus, Mediolanensium dux, V idus augusti apoplexia correptus, quatriduo post interiit. Veneti post Mediolanensis mortem Laudum et Placentiam occuparunt. Papia in Francisci, Sfortiae filii, potestatem devenit. Alfonsus, Arragonensium et Apuliae ac Siciliae rex, nulla prius lacessitus iniuria Florentinis bellum movet et per volaterranum agrum et Inferi quoque Maris littora castella quaedam occupat. Franciscus, Sfortiae filius, comes et exercitus Mediolanensium dux, Placentiam expugnavit et in suorum praedam convertit.	*VIII*	*v̄idcxlv*
Tart., 234	1448	*II*	Quarto kalendas septembris diei hora sexta solis est facta defectio. Alfonsus rex in obsidione Plombini, maritimi opidi, supra tres menses fatigatur; cum ex suis multos amisisset et caeteri labore et estu maxima ex parte languidi imminentem florentini populi exercitum formidarent, obsidionem dissolvit et totum exercitum in romanum solum reduxit, unde, suorum quamplurimis egestate et militiae tedio properantius abeuntibus, Neapolim parum post ipse navigavit. Franciscus, Sfortiae filius, Mediolanensium copiarum dux, Venetorum exercitum, in quo quindecim ferme bellatorum erant milia, non longe a flumine Addua iuxta Claravagium opidum superat et	*VIIII*	*v̄idcxlvi*
c. 98 r					

10. magnas] *A.* magnis — 13. menia] *D.* moenia — 17. annis] *in D. segue* VIII *in nero* — 18. *v̄idcxlv*] *A. D. omm.* — 22. Sfortiae] *M. D.* Sforziae — 24. Arragonensium] *D.* Aragonensium — 30. praedam] *A.* predam — 31. *v̄idcxlvi*] *D. omm.* — 34. opidi] *D.* oppidi — 43. milia] *D.* millia — 44. opidum] *D.* oppidum

AA. Sal. christianae	Pontificum		Imperatorum	AA. M.
		in fugam vertit; in qua pugna multi sunt capti, inter quos Amoraus Donatus, in castris a Venetis praefectus, et duces quidem copiarum cum publicis Venetorum vexillis capiuntur. Veneti Franciscum, Sfortiae filium, sibi reconciliant et in amicitiam recipiunt, pacatisque inter se rebus et terminatis finibus, donec Mediolanum in suum arbitrium potestatemque recipiat menstrua illi stipendia pollicentes. Mediolanenses Laudum receperunt.		

MATTHEI PALMERII FLORENTINI AD PETRUM MEDICEM LIBER DE TEMPORIBUS EXPLICIT.
LAUS SIT ET HONOR ET GLORIA OMNIPOTENTI DEO IN ETERNUM.

5. Sfortiae] *M.* Sforziae — 8-9. menstrua] *la prima sillaba su litura in M.* — 10. Mediolanenses.... receperunt] *omm. in M. che ha un lungo segno di abrasura* — 12. Laus.... eternum] *A.* Laus Deo

APPENDICE

ms. = Biblioteca Nazionale di Firenze. Magliabechiano, XXV, 511

MATTHEI PALMERII ANNALES

CONOSCIUTI SOTTO IL NOME DI

HISTORIA FLORENTINA

MCCCCXXXII.

c. 9 r

Cum sit opere pretium sui temporis res gestas oblivioni preripere et eas fideliter memorie mandare, ut sic per multas et varias rerum vices multa dignoscere ac providere possimus, non indignum michi videtur meorum tempora facta, que memoratu digna videbuntur, quoque modo potero deinceps prescribere. Sumam igitur MCCCCXXXII christiane salutis annum, cuius initium viij° aprilis kalendas apud nos habetur, quod tempus per annuos circuitus, dum Deus hoc prestabit, prosequar, quod, utcunque elaboratum erit, antiqua licentia annales vocitabo. In quibus ad meam solum notitiam levissima interdum apponam, non quia digna celebratione videantur, sed quia si aliquando vel minima publice Florentie gesta mihi opus fuerint, que mea etate contingerint, ipse vel partim vel omnia ex his commentariis sumere possim; quod si minime accidet, tamen scribendi cura me aliquid certe iuvabit. Et quia hac tempestate maximum bellum cum mediolanense Duce geritur, multa, que hoc in bello foris domique ac per universam Italiam gerebuntur, hic litteris apponam, ad quarum rerum notitiam presentis belli initium repetam, que belli causa, qui auctores, qui incepti comprobatores conficiatoresque fuerint. Non hec tamen, ut historiam enarrem, nam nimium quidem prolixum esset, si vellem omnia que ad historiam pertinent persequi. Non igitur regiones describam, non consilia contentionesque enarrabo, non quod sapienter temerarieve gestum sit iudicabo, sed omnia hec sic attingam, ut satis per hec scire quid factum sit et quomodo; exhornare deinde verbis maioris sit diligentie eius, qui universam rem simul excogitare et disponere possit. Nam ego, ut iterum intentionem meam exponam, que bello paceve vel domi vel extra urbem gesta erunt in dies literis excipiam. Sic interdum eveniet, ut rei principium significem, cuius intueri finem minime adhuc possit; et sic suo tempore eventus rerum reservabo, cum alio loco initium dixerim. In quibus rebus sat erit, si mihi ipsi satisfecero; cum hoc solum animi mihi sit, cum opus fuerit aut voluero, que mea etate publice gesta erunt excipere ex his literis posse.

MCCCCXXVIIIJ°.

c. 9 v

Anno christiane salutis MCCCCXXVIIIJ° idibus fere novembris, cum per universam Italiam pax esset, Vuloterrani a Florentinis temerarie defecerunt; cuius rei causam omnem in vulgum honestiores cives detulerunt et idem rei eventus brevi demonstravit. Nam cum hoc

Volaterre defecerunt.

12. vel] *precede* etiam *espunto* — 15. Duce] *sovrapposto a* bellum *espunto* — 17. rerum] *segue* cuius belli *espunto* - repetam] *precede* app. *espunto* - causa] *segue* s *espunto* — 20. quod] *precede* iudicabo *espunto* — 21. temerarieve] *correzione di* temerarieque — 25. et] *ms.* e — 27. fuerit] *segue* qu *espunto* — 30. idibus fere novembris] *aggiunta interlineare*

Florentie nuntiatur, statim castra in eos mittuntur et cum ipsis duo cives Renaldum Albizum et Pallantem Strotium, quibus cura omnis demandatur. Venientes igitur urbem obsiderunt; Voluterrani spe deterriti et quia dissidentibus primariis civibus id ceptum erat, post paucos dies in Florentinorum potestatem reddiderunt. De his varie apud magistratus consultum; tandem ei sublata est quedam potestas, quam in vicinos habebant, omnia alia inviolata remanserunt.

Niccolò Fortebraccia Lucca.

Post hanc de voluntario hoste victoriam quidam cives, sive rei opportunitate, sive veteri invidia, sive quod sibi auctoritatem in bello vindicabant, privato iure Nicolaum Fortibrachium in lucense agrum cum maxima equitum et peditum manu demittunt. Qui huius incepti fuerit auctor non satis ausim affirmare, verum conscij hi novem ferebantur: Raynaldus Albizus, Nerius Gini filius Capponius, Nerius Valorius, Puccius Antonij filius.... Exercitus vero, post quam in Lucense devenit, vastare agros cepit et quedam primo tumultu castella improviso capiuntur. Bellum inceptum Florentinis post paucos dies nuntiatur ab his, qui vicina loca pro florentino populo gubernabant; rumor per civitatem vagatur, vulgus omne bene factum conclamat, pauci vero, quibus non erat hoc animi ferendi, minime putabantur. Interim lucensis tirannus florentino populo literas mandat: dolet casum suum; orat, ne faveant inimicis suis, qui ei nefandum bellum indixere; commemorat pacem in qua se populi florentini adherentem effecerat. Nicholaus vero ductor exercitus non tarde literas suas subiungit, quibus se iustum bellum indississe dicit, quia pecuniam maximam, quam Braccio cognato suo fuerat pollicitus, reposcebat; ostendit se itidem ad omne, quod florentino placeat populo, esse paratum; castella que ceperat queque capturus erat omnia Florentinorum esse affirmat. Rectores vero, qui vicina loca Lucensium pro Florentinis regebant, omnes scribunt voluntariam dationem subditorum lucensis dominij, et inter alios Andreas Iunius, clarus civis florentinus Pesciae oppidi rector, scripsit nec sibi sufficere omnes lecti pannos ad vexilla, que sibi poscebantur, si a florentino populo dabatur suscipere posse oppida castella et cetera loca munita, que sua sponte dabant incole. Nec minus affirma'batur Pisanos, Pistorienses, Pesciatinos et ceteros Florentie populos paratissimos ad id bellum fore, id querere, optare et iam prope sua sponte inruere in Lucenses propter odium vicinitate susceptum.

Andreas Iunius.

c. 10r

Priores, qui per hoc tempus magistratum habebant, de hac re publice consulunt. Consultorum parum quidem varie sententie fuerunt; nam omne vulgus et honestorum civium pars maxima, qui ab primis belli susceptoribus ambiti fuerant, bellum suscipiendum sine controversia affirmant; pauci vero, qui periculum iminentem timebant et dissuadebant invadere Lucenses, muneribus tiranni placati habebantur et quasi florentino populo aversi.

Bellum suscipitur.

1430

Inaquatur urbs.

Accipitur tandem bellum et in lucensem agrum ducuntur copie, quibus Nicholaus Fortibrachius preficitur. Primum castella quedam capiunt et feliciter pugnant. Lucensis inde civitas obsidetur munitissimis castris. Cives se suaque extrenue tutantur et omnia aversa pati ferunt. Visa tandem Lucensium obstinatione, novo consilio inito, Pippus architectus ad inaquandam Lucensium urbem preficitur; fuerat autem hic huius rei inventor. Inceptum hoc fuit fine veris, et maximis hominum laboribus usque in hiemem tempus consumitur in aggeribus fossisque. Nil aliud hostile interim operatur, quo evenit ut, imperfecta re, tempus omne estivum preteriret. Interim mediolanensis Dux a Paulo Guinici, lucensi tiranno, advocatus ij^{m} equitum

---

3. quia dissidentibus] *tra le due parole un* per *espunto* — 9. Qui] *orig.* quis *coll'* s *espunto* — 9-10. fuerint — 10-11. Albizus] *segue* N. Fortebrac *espunto* — 11. Nerius] *ms.* N. - Capponius] *aggiunto in margine* - filius] *dopo questa parola una riga bianca nel ms.* — 13. capiuntur] *segue* imperator *espunto* — 15. pauci] *ripetuto due volte; la prima espunto* — 16. ne faveant] *tra le due parole un* id *espunto* — 18. exercitus non] *tra le due parole un* ductor *espunto* — 21. ceperat] *segue* florentini populi e *espunto* - Rectores] *ms.* Retores — 25. sucipere — 27. populos] *segue* esse *espunto* - optare] *precede* id *espunto* — 28-29. susceptum. Priores] *nel ms. una riga nella quale si leggono espunte le parole:* Consulitur igitur de hac re — 30. vulgus] *segue* be *espunto* — 31. suceptoribus — 32. qui] *correzione di* quibus — 32-33. Lucenses, muneribus] *tra le due parole un* ac *espunto* — 35. filiciter — 36. et] *ms.* e - pati] *nel ms.* patiuntur *col* ntur *espunto* — 38. hic huius] *tra le due parole un* rei *espunto* — 39. et] *ms.* e

mittit et pedites multos in auxilium Lucensium. Dux horum Franciscus comes erat. Adventu eius primum, sublata opugnatione, Florentini in proximis locis, que natura munita videbantur, considerunt. Comes vero in suburbanis castrum posuit et per aliquot dies velut Lucensium amicissimus stetit. Deinde spe congeste pecunie Pauli Guinici, quas innumeras fama predixerat, nec non etiam capiende urbis, Franciscus comes, uti a mediolanensi Duce commonitus erat, cum aliquibus civibus lucensibus convenit, eis liberam et popularem pollicens civitatem; deinde Paulum Guinicem et IIIJ filios, qui urbis dominabantur, capti, cum summis diviziis Mediolanum mittuntur; per proximas deinde civitates longo omnes carcere macerantur. Lucenses in urbe magistratus' conficiunt, subiecti tamen potentie mediolanensis Ducis eiusque nomine et militibus oppida et turres urbis servantes. Deinde a Lucensibus legati Florentiam veniunt poscuntque in amicitiam et collegam recipi, orantes ut popularem statum conservent; expulso tiranno, qui inimicus Florentinis fuerat, eos vero amicos esse. Paucis responsum accipiunt: omnia eis secunda fore, si a mediolanensi Duce innimicissimo eripiatur civitas; verum, dum suis pareant, inimicos esse florentini populi certum habeant. Post hec, sic stabilita re, Franciscus comes, cum quam maximis potuit copiis, per pesciatinum agrum ad Stingnanum Buggianumque opida venit, et ea ostiliter invasit, cepit populavitque. Statim deinde sub menibus urbis rediit ibique commoratur. Omnibus his rebus vicini exercitus Florentinorum astabant multo maiori numero peditum equitumque et copia rerum omnium, que et ad victum et ad bellum pertinebant; que omnia contra erant hostibus. Et tamen discordia ductorum nihil impediebant hostes, quos certe sua preda fecissent, si vellent. Tandem cum Francisco comite conveniunt Florentini, et ille acceptis LX millia florenorum aureis recessit. Vacua deinde loca nostri suscipiunt, et parum sibi invicem confidentes exercitus parum urbem opprimunt.

Franciscus comes Lucam venit.

Fraude capitur Paulus.

c. 10 v

Legati a Lucensibus missi.

Franciscus accepto pretio recessit.

Non multo post Nicolaus Piccinus, ab eodem Duce missus, nostros superat, et adeo celeriter pertinaciterque pugnat, ut ieme per pisanum agrum in voluterranum et deinde spe fraudis sibi pollicite Aretium usque devenit, multa devastans et oppida quedam suscipiens, et maxime que olim Pisanorum fuerant. Tandem detecta fraude Arretini auctores morte multantur. Et Nicholaus Piccinus spem maximam Senensibus offert, quorum spe ac auxilio pertransierat; et tandem pollicens multa effecit ut aperte bellum ferrent Florentinis. Ipse vero, sic ordinata re, paucis relictis equitibus, in cremonensem agrum cum omni copia maximis itineribus rediit ad resistendum Venetorum copiis, que Mediolanensem premebant. Recessit idibus mai anno christiane salutis MCCCCXXXJ°.

Nicolaus Piccinus venit.

Arretii quidam coniurant.

Senenses bellum suscipiunt.

1431

Cause due fuerunt recessionis, prima Venetorum castra imminentia, altera mors summi pontificis Martini quinti, qui XJ° martii calendas nature concesserat. Post quem Eugenius quartus pontificatum suscepit. Is Martinus, secreto Florentinis infestus, cum mediolanense Duce, cum Senensibus, cum Piombini Domino, cum Comite Urbini, ac per totam fere Italiam cum presidentibus omnibus in Florentinos coniuraverant adeo, ut non parva calamitas Florentinis evenisset, si non fuisset parvo spacio morte absumptus. Que omnia post eius mortem cognita sunt, et tamen Senenses et Piombinenses non se continuerunt. Igitur cum Nicholaus recessisset, parum suis militibus' confidentes, quia in hostium adventu nihil ostile machinarant, eos commutare student. Itaque callide Nicholaum Talentinum, qui mediolanensi Duci mille equitibus mercede parebat, conducere intendunt, existimantes inimicissimum exercitum infirmare suumque extrenuo imperatore et optimis militibus corroborare.

Martini pontificis mors.

Electio Eugeni.

c. 11 r

Conducere Talentinum tentatur.

---

1. ct] *ms.* e - Aventu — 2. locis que] *tra le due parole* uti ip *espunti* — 3. Lucensium] *aggiunta interlineare* — 8. mittuntur] *seguono le parole* et ibi *espunte* — 9. *nel margine superiore della pagina:* † 1430 — 10-14. Deinde.... hec] *aggiunta marginale con segno di richiamo* — 16. invasit] *il ms. ha* ivasit — 17. Florentinorum] *seguito da* et *espunto* — 21. auris — 22. sucipiunt — 23. Nicolaus] *il ms. ha* N. — 32. prima] *precede* alt *espunto* - Martini pontificis] *ms.* Mar. pon. — 36. in] *precede* co *espunto* - ut] *segue* d *espunto* — 39. cum] *segue* fl *espunto* - confidentes] *nel margine superiore della pagina* † 1431 — 40. Nicholaum] *ms.* Niholaum — 41. Duci] *ms.* Duce - mercede] *preceduto da un* pre *espunto* — 42. suumque] *preceduto da un* et *espunto*

Verum res non primum satis prospere processit, nam in populari republica, in qua multis civibus res clara est, secretum aliquid esse haud facile potest; itaque suspicio Duci advenit, qui gratia tollende flaudis obsides a Talentino petiit ac per plurimos menses servavit. Interim Florentini, sublata oportunitate conducendi eum, Michelettum, qui Bononie pro summo Pontifice olim bellum gesserat, conduxerunt. Hic Florentiam venit MCC equitibus ac sceptrum militie insigne suscepit. Deinde cum exercitu in agrum arretinum vadit et aliquas arces, quas Piccinus ceperat, recepit. Postea vero recedens in Pisanum agrum contendit ibique paucis obstantibus preter defensores meniarum aliqua castella superavit et maxime Trivium Marie castellum vi devicit; deinde ieme adveniente Pise periemavit. Tantum hec ab eo primo anno effecta. Per hoc tempus primum Nicholaus Fortebrachius a Florentinis discesserat ad sua negotia perpetranda, parumque post Bernardinus ad Urbinum suos duxit et cum Comite affini suo se conduxit, et sic Florentinos linquunt; quod quidem utile fuit, quia minime de se ad quidquid agendum confidebant. Dum hec geruntur Talentinus, iam cum Duce refirmata re et obsides receptos habens, Florentie significat se paratum ad id quod olim tractabantur; et sic confecta re, Mediolanensem linquit, et per Venetorum agros Bononiam deinde inter Imolam Froliviumque consedit, Eugenio pontifici favens. Inter hec Genuenses classem armarunt navium XXJ, et itidem Florentini uniti cum Venetis armarunt adversus illos naves XVIIJ, et die XXVIIIJ^{a} augusti non longe a Portufino prelium inter eos initum est, in quo superati Genuenses XJ eorum naves capte sunt et una submersa, insignia eorum capta et capitanus etiam. Ramundus Mannellus, civis noster, ductor unius nostre longe navis grosse, summa fortitudine pugnans laudem summam reportavit.

Michelettus conducitur.

Talentinus conductus.

Rotti Genuenses.

c. 13 r
1432

Tredecimo die ante iunij calendas decemviri designati fuerunt, qui bellum ducerent. Iis annuum magistratum datum fuit, cum olim sex menses ceteri tenuissent; et quia in ardua re probatissimis et fortissimis viris opus erat, sublatis per populum vetitis omnibus civibus adeundi magistratus, facultas data est qui XL anno essent natu maiores. Fuerunt igitur delecti cives: Bartolommeus Ridolfus, Pierus Guicciardinus Luigi equitis filius, Alamannus Salviatus, Cosmus Medicus, Paulus Fortinus, Palla Stroza eques, Filippus Carduccius, Simon Bardus Bindelli filius, Antonius Mannuccius. Eorum magistratus initium ad iunij idus trahebatur, verum bellice rei imminens detrimentum et superioris decemviratus parva prudentia fecit ut designandi exercendique idem fuerit dies. Per id tempus Senenses Linarium ostiliter expugnabant. Ab eo castello numptiatur dedisse se ostibus obsides pollicitosque esse castrum et omnia, si ad secundum ortum solis auxilium non detur; decemviri postera die militum maximam multitudinem undique per nuntios ad Linarium deduxerunt; sed cum venissent, oppidani se dederant hostibus ante noctem, qua milites infecta re per vicina oppida consederunt. Senenses munito Linario x^{o} iunij kalendas Gambassium ducunt exercitus. Oppidani sex dies crebis obpugnationibus resistunt; deinde crudelitatem hostium timentes, maxime quia in eos vitreatas catapultas intorxerant, castellum dederunt et, ne preda victorum essent, ij aureorum nummorum paciscuntur, pro quibus se suaque inviolata manxerunt. Senenses, accepto Gambassio, XL viros, quibus male confiderant, Senas duxerunt, ne rebellandi foret occasio. Dum hec geruntur, Florentie rumor plebem invaserat et publice dictitabant nobiliores, quibus belli cura demandata erat, occurrere rebus aversis' noluisse. Sevitia preterea hostium exasperabat animos, nam multos captivos crudeliter necaverant et formosiores feminas ex finibus

Linarium captum.

Gambassium captum.

c. 13 v

---

1. republica] *segue una cassatura* — 6. aliquos — 7. arces] *precede un* castell *espunto* - Postea] *preceduto da* deinde *espunto* — 9. vi] *correzione di* sui — 16. *dopo la parola* favens *cambia inchiostro* — 19. noves — 20. novis — 21. reportavit] *qui termina la c. 11 r; le cc. 11 v, 12 r, 12 v sono bianche nel ms.* — 22. ducerent] *scritto* ducerenst *coll's espunto; segue* nec *espunto* - 1432] *nel ms. nel mezzo della pagina* — 23. menses] *correzione di* mensibus — 28. Mannuccius] *segue uno spazio bianco* — 33. undique] *segue* de *espunto* - cum] *segue* ante *espunto* - venissent] *il ms.* venissent — 34. hostibus] *segue* in occaso solis *espunto* - qua] *segue* re *espunto* — 38. paciscuntur] *su litura di* dederunt — 40. plublice — 41. *nel margine superiore della pagina:* † 1432

Florentinorum depredatas in lupanar Sene compegerant. Qua re Decemviri ex agro arretino Nicholaum ductorem in hostium exercitus deduxerunt, et cum his militum copiam maximam et externorum, quos conductos habebant, et cum iis alios, quos tumultuarie per omnem provinciam suam convocaverant. Hec multitudo omnis ad Bonicium Staggiamque et per vicina loca convenerunt, existimans sua tutari, senensem agrum commode invadere, et hostes, qui ad Linarium Gambassiumque erant, facile impedire. Senensium copiae iusta Cambassium, Bonicium versus, consedebant, in unum ex Linario redacte, ut validiores essent. Interim Florentini Linarium expugnant; Senensium milites obnixe id castellum tutantur, tandem die septimo obsessores, paratis scalis, balistis, scorpionibus defensores offendentes, vi et virtute militum menia ascenderunt; et sic recetto Linario omnia depopulantur et quasi a fundo eversum castellum est; capti preterea omnes hostes ac servati sunt. Dum ad Linarium Florentini commorabant xxxij triremes, Venetorum classis, in Portum Pisanum venit; quod Florentinis adeo acceptum fuit, ut hortande multitudinis gratia publice ignibus civitas lustraretur. Verum minime felix omen apparuit, nam eodem die Senensium copiae Eram, pisanum oppidum, oppidanorum securitate quasi de improviso ceperunt. Castelli arx paulo post timiditate custodum datur hostibus nullum subsidium expectans, quod certe per Talentinum ex Linario dabatur, iam ibi expedita re. Sed cum accepisset amissam esse opidi arcem, vesper iam' diei esset, sub Miniatem in proxima planitie versus Arnum flumen cum exercitu consedit, ibique noctem moratus statuit hostes invadere. Deinde Michelecto, qui apud Casciam opidum erat, suum animum per numptium aperit monetque, ut proxima luce paratis cohortibus ad se veniat. Ipse vero, adveniente die, suos omnes struxit et acies octo conficit. Sic ordinatis suis Eram versus iter facit. Hostes, qui ad Eram oppidum erant, primo mane ex omni exercitu mille quingentos equites deligunt extrenuos et fortes, cum iis preterea pedites multos, eosque ad expugnandum Topilium oppidum ducunt. Ceteram omnem multitudinem ad Eram linquunt; imperant ut presenti animo Michelectum impediant, si ad succurrendum oppidum properaret. Deinde ad Topilium veniunt et id castellum vi superare parant, nescientes vicinitatem Talentini, licet eius adventus acceperant; sed nullum preter oppidanos impedientem extimabant, ante quam adveniret, Topilium capere. Obsessio Talentino numptiatur. Ipse ex quibusdam equitibus, qui per vicina loca antea consederant, duas acies struxit, eisque precipit, ut primi prelium inirent, ne hostes nova castra vicina esse cognoscerent, et in agenda re, quo possent, in planitiem Arnum versus pugnam traducerent. Erant his ductores Ranerius Flosius et Cathabligha, qui mandata audacia summa spediunt. Talentinus deinde primum paucis equitibus collem ascendit, unde subpositam planitiem late speculari possit. Planum erat per duo milia passuum latum, eius longitudo in maximum spazium tracta et amplior Pisam versus; a dextera Arnum fluit; ex hac parte Era et inter Eram et Pisam Casciam oppida erant; a sinistra sunt montes, qui quasi planum ex oriente ad flumen Arnum vergentes claudunt, preter quam qua fluit Arnus; Florentiam versus in monte ex sinistro latere Miniate munitum natura oppidum est; et in sinixtra parte non longe distans Topilium,' quod Senenses expugnabant opidum, est planitie vicinum. Talentinus, loca omnia habunde specta, ad suos rediit, et tres acies a sinixtra Topilium versus per arbusta et vepres asconse mittit, precipitque ut inito prelio, quando in planum omnes descenderint, ex ea parte invadant. Deinde tres acies in colle pro subsidio locat. Ipse vero duobus cohortibus incedit; premittit numptium, qui ad Michelettum festinet, significet rem

32 classes Venetorum.

Era captum.

Superati Senenses in prelio.

c. 14r

c. 14v

2. ductorem] *correzione di* imperatorem; *segue* ex Pisano Michaelem *espunto* — 6. *in margine espunto:* Linarium receptum — 8. expugnant] *segue espunto:* expugnantes perforatis meniis ab oppidanis intromittuntur, dum custodes senenses valide fastigia tutabantur et sic secunda die post amissum Gandassium Linarium recipitur senense — 10. omnia] *segue* supra preda fecere *espunto* — 12. venuit — 13. aceptum - lustraretur] *precede* inlucesceret *espunto* — 14. Eram] *precede una cassatura* — 17. vesperque *col* que *espunto* - *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 17. ploxima — 20. monetque] *segue* que *espunto* — 23. extrenuos] *segue* ac fo *espunto* — 25. Deinde] *precede* igitur p *espunto* — 29. prelium] *precede* bellum *espunto* — 33. latum] *segue* longumque *espunto* — 34. et.... versus] *aggiunta marginale* — 34-35. ex hac.... erant] *aggiunta marginale* — 38. *nel margine superiore della pagina:* † 1432 42. cohortibus] *segue* propriis *espunto* - significet] *precede* nun *espunto*

inceptam et certam victoriam, si insperato a tergo hostes invadat. Interea Frosius et Cattabliga inierant prelium, uti eis preceptum fuerat, et summa fortitudine decertabant; verum hostium ingens atque electa copia undique eos acriter invadens superabat; nostri vero loco cedunt et, ut docti erant, uti victi per proximam planitiem ad Arnum concurrunt. Hostes veluti per latum et liberum campum nullo timore vagantur et nostrorum plurimos capiunt, inter quos Catabligha, aciei unius ductor, captus fuit. Talentinus, ubi hostes in eum devenisse locum, quod cupiebat, inspexit, et adeo vagasse, ut suo loco atque ordini quasi nullus inesset, speraretque Michelettum suis copiis iam prope adesse, duas primas acies in hostes misit. Illi, novo adveniente prelio, fugatos linquunt, et acriter in novos hostes concurrunt. Iam commista re tres acies e sinistro eruunt, et paullo post tres ille, que in subsidio erant, ex colle discendunt, et sic undique maximo clamore concurritur. Bernardinus, Senensium ductor, timidus insperato bello sibi suisque non satis confidit, tamen forte potius quam de industria certatur. Ductores circum circa versantur, laborantibus succurrunt, timidos excitant, fortes hortantur, et omnia provident. Tres horas iam prelium steterat, nec satis clarum, cui victoria detur, cum Michelectus ex Cascia cis Arnum procul, ut Eram hostile oppidum et hostes vitaret, festino gressu mille equitibus succurrit, Arnum per vadum transiens ex destro latere in medios hostes irruit. Exinde nostros audacia iuvat, Senenses perterrefacit timor, novi equites iam fessos *c. 15 r* superant, Bernardinus et ceteri hostium ductores fugam corripiunt, et cum his fere omnes,' qui post novi exercitus ingressionem Eram versus remanserant, per vicina castella confugere, preterquam qui fessi longo prelio, aut capti ab inermis fuere, aut tantum commorarunt ut vesperi etiam a nostris late querentibus recepti sint. Pars maior exercitus, que inter Michelettum et Talentinum circumsepti fuerunt, ad unum omnes capiuntur, et sic perfecta re nostri victoriam reportarunt. Hoc prelium kalendis iuniis gestum est. In eo fuerunt Senensium exercitus III equitum et militum milia duo; totidem in nostro post Micheletti adventum, antea vero mille equites minus. Captivi consignati ductoribus sunt DCC^{os} equites, milites vero pisanos et senenses CCL, et alios multos conducticios, qui minime annotantur, et insuper iis plurimos de transfugis per varia loca captivos ductos ferunt. Pugna hora diei tertia incepta usque ad occidente iam sole duravit. Deinde victores iuxta Arnum ad reficiendos exercitus castra locarunt. Eodem die Florentiae bene gesta re numptiatur, ab omnibus festus celebratur dies *Captivi fugiunt.* et immodice exultat vulgus. Postera vero die equites centum ex captivis omnibus delecti in urbe data fide armati ducebantur; cum igitur ad Elsam fluvium venissent, fugam arripiunt rupta fide, sed statim a concurrentibus recepti in carcere apud Empolium castellum claudun- *Era receptum.* tur. Secundo deinde die parvo prelio Era oppidum recipitur.

Dum hec in Tuscia geruntur Sigismundus imperator, qui superioribus temporibus a mediolanense Duce convocatus per Togatam Galliam Parmam usque devenerat summa spe adeun- *Imperator in Etruriam venit.* di Romam, ut coronam ceteraque imperij insignia sumeret, per Ligures Lucham venit. Sed cum accepit Senensium ac Mediolanensis copias superatas a Florentinis fuisse, irritum et vanum suum inceptum cognovit, et quasi a mediolanense Duce deceptum ac derelictum esse, cuius impulsu ex Liburnia venerat, in varias partes animus trahebatur. Nam sine Florentinorum consensu ire Romam non posse manifestum erat, quod inceptum tanti viri manchum *c. 15 v* et fractum summo dedecore confirmabat.' Cum Florentinis vero et cum inimicissimo Duce convenire quidem difficile erat; cum Florentinis tamen non facile propter Venetorum antiquum odium, quod Imperator servabat. Dubius igitur cum Lucensibus commorabat; eius vero legati Florentie erant aliud ante victoriam, aliud vero post postulantes. Tandem a Florentinis *Biagius Guasconius.* legatur Biagius Guasconius, qui ad Imperatorem celeri itinere contendit.

---

5. nullo] *precede* se *espunto* — 10. xinistro — 11. Senensium] *segue* imperator *espunto* — 14. prelium] *precede* re *espunto* — 15. hostile] *aggiunta interlineare con segno di richiamo* — 18. *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 23. kalendis — 26-27. et.... ferunt] *aggiunta interlineare* — 41. *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 42. quidem] *precede* non *espunto* - difficile] *correzione di* facile — 43. Dubius] *precede* in *espunto*

Per hoc tempus accidit, quod in rebus aversis interdum accidere in populis solet, nam per tres dies ante fortunatam pugnam ac de Senensibus victoriam, cum plebs summa caritate anone et imminentibus belli periculis premeretur, opere pretium ducitur suppliciis Deum placare. Itaque religiosis omnibus precipitur, ut urbem per decem dies ambiant atque pro salute civitatis intercedant, similiterque omnem populum sequatur, et indicuntur ferie. Incepta sunt hec iij° iunij kalendas et primum quidem remisse; sed postquam ad tertium diem victoria subsequuta fuit, tanta fides adhibita est purgationibus et supplicationibus talibus, ut in dies numerus augeretur; et tandem ad nonum diem adeo opinio creverat, ut fere rubesceret, qui non sequeretur processum populi iubilantis variis imnis et salmis. Tandem beatissime Virginis figura, que apud ecclesiam Sancte Marie Imprunete picta in tabula apprime a populo veneratur, variis supplicis et celebrationibus in urbem ducitur; et quia flequentia et concursus maximus erat, in Dominorum Platea iuxta palatii gradus missa celebratur, et tota fere civitas affuit, et secuta est religiosium glessus usque ad edem Felicis; homines primum, postea vero femine conclamantes auxilium Virginis fervore fere mirabili, et tandem urbe deambulata Trinitantis ponte ac in Dominorum Platea reversus populus, tanta multitudo fuit, ut omnis Platea densa stipatione teneretur, adeo ut puerj feminequè plurime densitate exanimate nec se portantes sustinerentur.' Hec ideo annotavi, quia raro a nostro populo et maxime ab hominibus hos suppliciorum concursus efficiuntur, et nunc certo creditur aliquid presagire.

Florentini Deum supplicant.

c. 16 r

Post haec florentine copie ex agro pisano in lucensem iverunt nonas iunias, ut segetem messemve ac omnia victui necessaria adimende spei gratia devastarent. Vero cum eo devenissent, Sigismundus imperator eis per numptium significat amirari se non parum cum a Florentinis, quos amicissimos sui sperabat, ei bellum indicatur sua in civitate manenti. Ei a nostris responditur, Florentinos eum summa observantia diligere et omnes suam sibi potentiam polliceri; vero Lucensibus veteribus hostibus bellum portare, quorum provinciam omnem devastare intendunt, nisi Florentinis pareant recedantve ab iniquissimi tiranni potentia. Deinde per castra precone publicatur, ne aliqua vi Imperatorem et suos aggrediantur, sed pro benivolis et amicis habeantur. Ceterum in Lucensium bona sevitum et agrestia omnia devastata sunt.

Florentini lucensem agrum devastant.

Dum hec geruntur legantur ad Imperatorem Palla Stroza et Franciscus Tornabonius, qui ab eo quid animi haberet acciperent et utrum vi vel amice transire Romam vellet. Verum, dum iter faciunt, accidit, ut Imperator a nostris fidem liberam impetraret emittendi equites ccc^os, qui per agros herbas legerent ac pro victu deferrent; itaque dc^os misit, qui ad nostros libere venientes, per fraudem eos inermes invadunt, et primum aliquos obtruncant, deinde in urbem repulsi victi fugierunt. Ex hac fraude evenit, ut hostis deinde existimaretur Imperator, ideoque legati non alocuti Imperatorem, Florentiam redierunt. Florentini vero exercitus per loca Lucensibus vicina m equitibus munierunt, deinde ad Pontem Saccum, inimicissimum oppidum, accederunt, eumque per aliquot expugnant dies. Postea vero mutato consilio Senam versus omnem multitudinem adducentes inter Collem Stagiamque oppida considerunt. Cum igitur hic essent, Eugenium, summum pontificem, cum Florentinis collegasse publicatur vij° iulias kalendas. Hinc in spem maximam adducta plebe invadendi senensem agrum, suos exercitus' Senam mittunt, sperantes Nicholaum Fortebrachium, qui superioribus temporibus iuxta Aquampendentem consederat, a summo Pontifice missum in Senenses sevire et sic eos ex utraque parte agressos maxima damna suscipere. Nostri itaque circundata urbe per Orciam vallem ad Ombrenem atque Arbiam flumina pervenerunt; deinde verso itinere versus arretinum se receperunt agrum, et sic octo dies omnia incendio et omni bellica vastatione, que in Senensium agro reperta sunt, consunserunt; oppidis vero et castellis tantum pepercere. Nicholaus vero Fortebrachius, dux exercitus Pontificis, per id tempus Castelli Civitatem aggreditur, ut eam

Palla Stroza, Franciscus Tornabonius legati.

Senam itur.

Pontifex collegat.

c. 16 v

4. itaque] *segue* al *espunto* — 10. tabulo — 14. deambulata] *precede* ambit *espunto* — 16. exanimate] *segue* ac *espunto* — 17. *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 39. *Con la parola* Hinc *cambia inchiostro* - adducta] *ms.* aducta — 40. *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 40-41. qui.... consederat] *aggiunta marginale* — 42. sucipere — 44. *il primo* et *nel ms.* e

summo Pontifici recuperet; quod Florentinis minime gratum fuit in ipsa prima collegatione, et quasi derisos se putabant, cum non Senenses, ut sperabant, invaderet; sed per paucos dies effecit.

Imperator Senas venit.

Inter hec Imperator Senas iter parabat; Florentini auxilia Pontificis expectabant, ut ei impedimento essent. Pontifex vero retardabat ob hoc maxime, quod quidam Imperatoris fautores callide persuadebant Pontifici transitum Imperatoris Florentinos per se sustinere sine sua expensa posse. Quod Florentini cernentes, de industria per pisanum agrum liberum pene ei iter relinquere, et sic se Senas recepit, ibique a Senensibus amice susceptum ei claves portarum et primas sellas et omnia iuridicionis insignia concessere, suam esse urbem dictitantes. Pontifex ubi ea per numptium accepit, timuit ne Romam inimicus Imperator contenderet ad populum, qui eum convocabat; itaque suos duces in unum convocat ac per fines Senensium locat, simulque Florentinis suplicat, ut itidem faciant. Et sic ab arretino, multeplucianensi, perugino ac romano agro circundati Senenses maximis equitum et peditum copiis in dies premebantur, nec Imperatori progrediendi dabatur locus.

Devastatur ager lucensis. Collodium captum. Montefeltrarium captum.

Sic stabilita re, copiam milij crevisse lucensi in agro publicatur, unde spem victus habent; itaque parata manu paucissimi ostantes devastantur. Ac deinde firmatis copiis Collodium arcem expugnant paucisque diebus vi recipitur xvij septembris kalendas, eodemque die montefeltariensem arcem captam in agro voluterano habuerunt.

Per ea ipsa tempora a Venetis prospere in Cisalpina Gallia pugnatum contra mediolanensem Ducem, ac omne, quod inter Olium flumen Cermonamque clauditur, Duci ademerunt et paulo post Suncinium munitissimum castellum vi superarunt ceperuntque.

c. 17 r

Imperator Senis commorabat,' nec satis quid agendum esset animadvertebat vel exequi valebat, sed a Pontifice Florentinisque legatos poscebat. Verum primum neutris placuit in alienam urbem legatos mittere; sed Florentini ad suos usque fines duos electos cives, Pallam scilicet Strozam equitem et Pierum Guicciardinum, misere, ut eis iam proprius accedentibus Imperator si quis vellet ediceret; at nihil gestum rediere. Deinde et Pontifex cardinales duos et Florentini Petrum Guicciardinum Senas usque ad Imperatorem miserunt.

c. 20 r
1434

Tandem Priores kalendis septembris accepto magistratu maximam spem novande rei dedere illis, qui dudum per exilium Cosmi de republica declinarant. Igitur libere voces contra auctores reformandi status superioris anni iactabantur. Quod non obscurum habentes qui in re publica valebant, varia privatim inter se consultabant, ne de eorum manibus res publica tolleretur; tandem vi et armis agendam esse rem decreverunt et magistratui ac ceteris, qui adversa sentiebant, prevenire. Castellanorum familie primum demandatur, ut palatium adeant, celatis armis, quasi negotium privatum pertractantes, et cum amicis priores expellant, trucident aut capiant, palatium occupent et pro suis partibus tueantur. Qui cum id tentarent, iam suspecti demittuntur. Infecta igitur re vi et armis aperte decernere statuunt. vj° igitur octobris kalendas publice armantur ex familiis nobilibus, Perutii, quorum princeps erat Ridolfus ex ea familia, Bardus ac Bardorum domus alique, Rinaldus Albitius eques, Masi equitis filius, qui solus ex ea familia contra magistratum sentiebat; ex honestioribus vero populanis cum his fuere Guasconij, Bartolomeus Crescius, Laurenti filius, qui, deinde captus et in aculeo tortus, post paucos dies se suspendit, Iohannes et Nicholaus scriba Biffoli, Tommas et Matteus

---

1-2. Florentinis.... effecit] *aggiunta marginale con segno di richiamo* — 8. recepit] *segue:* Pontifex accepto de ea re numptio timuit ne Ro *espunto* — 8. ei] *precede* eum *espunto* — 9. et] *segue* insignes *espunto* - omnia] *segue* imp *espunto* — 10. nuptium — 15. Sic] *precede* hec *espunto* — 16. manu] *segue* vi *espunto* — 17. recipitur] *correzione di* recipiuntur — 21. et paulo.... ceperuntque] *aggiunta marginale con segno di richiamo* - ceperuntque] *nel ms.* receperuntque *col* re *espunto* — 22. *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 24. alianam — 27. *il rimanente della carta bianca; bianche pure le cc. 17 t, 18 r e t, 19 r e t.* — 29. 1434] *nel ms. nell'alto della pagina* — 37-38. quorum.... ac] *aggiunta marginale* — 40-41. qui.... suspendit] *aggiunta marginale con segno di richiamo* 41. Nicolaus et] *in margine*

Pansanij, Antonius et Angelus Businij, Domenicus Lambertensius, Nicolaus et Simon Fanij, Bernabas Bischerius, Antonius Rafacanus, Franciscus Guadanius, Terrinus Manovellus, et alii plures ex plebe ad numerum tricentorum. Hi omnes armati ex domibus Perutiorum Albitiorumque contra rempublicam iiere. Priores iam dudum id spicientes' palatium munierant et *c. 20 v* fautoribus sue partis edixerant, uti se ad tutelam rei publice prepararent; ipsi rem suam curantes armatorum catervas domi continebant, quare adversarii, Plateam palatii adire timentes, viam, que est iusta Forum iuris et Plateam basilice Polinaris et Florenti, tenuere. Ubi postquam convenere, alter alterum obsculatur, ut in gravi negocio maiori articulo tenerentur. Dicebatur ac certum erat cum iis insuper multos coniurasse, qui aut animi mollicie, aut rei desperatione, aut timore populi procedere neglexerunt, et se moltitudine armatorum propiis domibus servavere; fuerunt hi Stroze, Gianfiliasij, Rondinelli et alij multi ex honestiori populo viri. Qui igitur contra rempublicam exierant relicti, cum socios venientes non sensissent et populum adversum vaticinarentur, depositi spe se legato Eugenij pontificis permiserunt. Degebat tunc pontifex Florentie. Legatus eis persuasit, uti arma deponerent et Pontificem suplicarent; qui consilio obtemperantes arma exuunt, et auctores ad ipsum Pontificem fugiere, orantes ut ipsos foveret ac tutaretur. Ipse eos suscepit, sed facinoris magnitudinem intuitus, nec impunitatem eorum postulavit, nec puniri acerbe voluit, et eos apud se aliquot detinuit dies. Priores interim' et qui *c. 21 r* rem publicam gubernabant, ex agro maximo hominum evocato numero, universam civitatem diu noctuque tenuere, et octingentos conductos equites per id tempus in suburbanis detinerunt, et tandem, preparata omnia ad defensionem status et civitatis, secundo ottobris kalendas populum publice convocarunt. Tunc omnis illa multitudo armatorum in area, que publico palatio adiacet, se convenit, ibique, presente populo et alta voce assentiente, publica potestas tercentis civibus demandatur. Hi omnes postero die comitiis habitis Cosmam et Laurentium Cosma Laur. } restituit fratres Medices exilio liberarunt ac in pristinum honorem et in rempublicam posuerunt. Et non multo post omnem Medicorum familiam, Angelum Acciaiolum equitem et alios superiori anno damnatos restituere. Multa preterea ab his utiliter provisa et ordinata sunt. Primo turbatores omnes rei publice et tranquilli status ad tempus relegantur, inter quos fuerunt Rinaldus Albitius eques, Hormannus eius filius, Rodulfus Perutius; hi omnes extra centesimum lapidem relegati sunt, et eorum filij et nepotes republica depositi. Preterea multi variis in locis relegati ad numerum ..., qui publice favissent Rinaldo et Rodulfo contra magistratum: inter quos fuerunt Antonius Gezius Casensis, Antonius Pierotius scriba, Franciscus Bucellus,' *c. 21 v* Zanobius Belfredellus, Michael Arriguccius, Laurentius Giovanni filius Bulletta, Ioannes Pieri Arrigi filius Bartolus, Bernaba Bischerus, Oddo Boni, Bernardus Belfredellus, Antonius Altovita Vieri filius, Iohannes Biffoli, Terrinus Manovellus, Pierus Scambrilla; hi quinque ex collegio erant. Per idem tempus civitas reformatur, non permutatis magistratibus nec gubernatione reipublice, sed tantum sacculis antiquis, unde magistratus sortiebantur, conbustis et novis refectis, qui in posterum perdurarent. Albertorum familie, que per XL annos exularant restituteque fuerant, in pristinam dignitatem reposite.

Dum hec geruntur Antonius Rossus, eques senensis, tumultario milite Blolium arcem iusta Blolium eorum fines occupavit. Creditum primo Senenses bellum tentare, sed mox, habito nuntio contra voluntatem Senensium id factum esse, timor evanuit, et arces illa brevi recipitur, et per sufflagia populi Florentinis deditur, cum antea familie Ricasolensium fuisset.

Eodem tempore Stefanus Salvius, Filippi filius, magistratum in Voluterranos Florentinorum nomine habebat, et Florentie cum ea parte civium, qui de republica declinabant, sentiebat.

---

1. Fanij] *correzione di* Fanius — 2. Antonius.... Manovellus] *aggiunta marginale* — 4. *nel margine superiore della pagina:* † 1434 — 8. ut] *segue* quasi *espunto* — 16. magnitudinem] *precede* ma *espunto* — 17. aloquot - *nel margine superiore della pagina:* † 1432 — 19. suburbanis] *segue* tenuere *espunto* — 27. status] *segue* exula *espunto* — 30. numerum] *segue nel ms. uno spazio bianco* — 32. *nel margine superiore della pagina:* † 1434 — 33-35. Bernardus.... erant] *aggiunta; da* Vieri *in poi in margine* — 38. restituteque] *il* que *aggiunto posteriormente* - fuerant] *sovrapposto a* sunt et *espunto* - repositi — 40. abito — 41-42. et per.... fuisset] *aggiunta marginale con segno di richiamo*

Quare, timore perterritus, civitatem illam vacuam summo dedecore reliquit et postea absens exilio dannatur. Multi preter ipsos, quos superius adscrissi, damnati sunt, quorum nomine adponam, cum non historiam narrare, sed mee labenti memorie que vidi adnotare intendam. Perutiorum igitur familia tota fere damnata fuit, vario tamen discrimine, nam Rodulfus, quem superius relegatum ostendi, cum omnibus filiis pro potentibus adnotantur; qui sic notati sunt *c. 22 r* grandes vulgari nomine vocitantur et acrioribus legibus civi'tatis deprimuntur; reliqua eorum familia per xx annos reipublice muneribus privantur preter Ranerium, Ioannis Luisij filium, et alterum Ranerium, Nicolai filium, qui nulla in parte notati servantur. Cum iis eodem tempore omnes filii et descendentes Rinaldi Zanfiliacii, equitis florentini, grandes facti, et eorum Iacobum, Rinaldi filium, et Baldassarem, eius nepotem, per decem annos confinarunt. Guasconij insuper omnes ad unum usque xx per annos reipublice muneribus privati sunt, et per totidem tempus Verij Rondinelli filios eadem privatione notarunt, addito decennale exilio Andree, Verij Rondinelli filio. E Bardorum familia Bardus, Francisci filius, qui olim per sufragia populi popularis devenerat, inter grandes reponitur; Simon Bindellus et Bernardinus Bardi pregrandes effecti sunt, et ex eadem familia Leonardus et Matheus exilio damnati sunt. Cavalcantem unum, quem Pierum vocitabant, pergrandem fecerunt cum omnibus nepotibus suis. Priores illos, qui superiori anno populum publice convocarant in arma, cum omnibus posteris suis magistratibus florentini populi privavere, preter duos, qui coacti assenserant, Iacobum scilicet Berlingerium, Iorgi filium, et Pietrum Marchium, Marci iurisperiti filium. Damnati septem fuerunt, quorum hec sunt nomina: Iohannes Mathei filius Scelta, Donatus Seninius Cristofori filius, Cursius Lapi Cursio, Mariottus Baldovinettus, qui itidem exul factus per legem erat, Bartolomeus Spina, Iacobus Iohanni Luti Cerdo, Bernardus Vierij Guadanius. Supra *c. 22 v* his exulati sunt: Pierus Vanni equitis filius, Otho Michelis equitis filius' Castellanij, Smeraldinus Stroza, Pierus Ardinghellius Neri filius, Robertus Antellensis, Ricoldus Pauli, Pierus Chiari filius, Ludovicus Rossius, Nicolaus Bifolus notarius, Iacobus Salviatus Simonis filius, Michael Baroncius, et cum his Pierus Panciaticus pecunia mulctatur. Preterea post paucos dies relegarunt ad tempus Pallam Strozem equitem Honofrij filium, et cum eo Honofrium filium eius et cum his Matheum Simonis filium Strozem, Matheum Benitium, Matheum Pansanum, Otavianum Pepium, Iohannem Ianfiliazum Rinaldi equitis filium, Sandrum Altovita, Guidum Baldovinettum Soletti filium.

Roma ad Pontificem rediit. Per hec ipsa tempora Roma, que contra Eugenium pontificem sex menses senserat, eidem deditur.

Grandes populani facti. Provisum Florentiae fuit, ut Priores triduo omnes familias, viros et domus, que nomine grandorum notabantur, populanos efficerent, et sic restituti fuere preter quosdam in superiori factione adnotatos, qui privati omni munere reipublicae et graviori oppressi lege remanserunt. Viri igitur, quibus publica potestas data erat, hec fere instituere, que ad rempublicam spectent, *Sortitionis que mutatur dies.* et multa privatis personis concessere civibus atque externis. Deinde nefastum diem mutare instituerunt, ut IIIJ° septembris kalendas Priores artium e sacculis sortirentur, posterum diem tanquam nefastum vetantes, eo quod duobus superioribus annis Priores, qui illo die designati fuerant, populum in arma publica advocatione commovissent; et in ceteris tamen sortitionibus consuetus dies servaretur, qui est IIJ° mensis kalendas vetusto ac servato more.

Per isdem temporibus Franciscus comes, qui a mediolanensi Duce decesserat, tribus milibus equitum et duobus milibus peditum preficitur, a summo Pontifice conductus nomine, verum cum eo Veneti et Florentini stipendia solvebant, et tamen Pontifici optemperare tenebatur.

Sub eodem tempore tres cives, qui novationem status meditati fuerant, perpetuo damnatur *c. 23 r* carcere; fuerunt hi Franciscus Guadanius Vieri filius, Branca scriba Brancacius, et....'

Mozete diruta est Per isdem tempus Mozete Ricoldi exulis arcem in agro mugellano devastarunt.

---

2. exilio] *segue* et *espunto* — 3. adponam] *precede* adscri *espunto* — 6. vicitantur - *nel margine superiore della pagina:* † 1434 — 13. Bardorum] *ms.* Bardolorum *con il* lo *espunto* — 15. Leonardus et] *aggiunta marginale* - damnati sunt] *correzione di* damnatus est — 20. Ihoannes — 21. itidem] *segue* priv *espunto* — 31. mutare] *correzione di* mutante — 42-46. Per isdem.... Brancacius et] *aggiunta nel margine inferiore della pagina* - hisdem — 46. Brancacius et] *con tali parole termina la pagina restando mozzo il periodo* — 47. *nel margine superiore della pagina:* † 1435

Principio insequentis anno mediolanensis Dux Nicolaum Talentinum, florentini exercitus ducem, quem captivum in custodiis habebat, veneno absumpsit, cuius funus deinde Florentiam vectus publico obsequio magnificentissime sepellitur. 113

Cum Perusinis fedus initum. — Cum Venetis renovatur fedus.

Per idem tempus fedus initum est cum Perusinis et in amicitiam societatemque recepti mutua sibi auxilia promisere. Sub idem tempus amicitia renovata est cum Venetis et denuo societas, que iam per decem durarat annos, per alios decem recepta, his fere conditionibus, ut ad servandam auctoritatem maiestatis quisque populus tria milia equites et mille pedites detineret stante pace; si bellum contra mediolanensem Ducem susciperetur, utraque civitas viij milia equites et duo milia pedites pro communi utilitate conductos haberet; et si per Padum fluvium scaphas galeasve armare conduceret, cum bellum esset, vel mari terrave pro Genuensium libertate contra Ducem pugnare pari etiam sumptu obeundum esset; et quisque alterum cum amicis et benivolis foveret et persequeretur hostes et in omnibus bona fide mutuam utilitatem defenderent.

Contra Pontificem.

Eadem tempestate oratores Ducis Florentiam ad Eugenium pontificem venerant pacem tractaturi. Hi morabantur in edibus Capponorum; unde ex ea familia Capponcinus quidam domus dominus, sive ut gratificaretur oratoribus, sive utilitatem proferens, persuadet ipsis ut Pontificem interi'mant, rem factibilem in libera et ociosa civitate ostentans. Deinde cum preberent aures *c. 23 v* legati, scribunt Nicolao Piccino, ductori exercitus mediolanensis, qui tunc in senensi agro ad Salubres Aquas morabatur, et rem pandunt, ut ipse quanta moltitudine posset Florentiam data die contenderet. Viro doctissimo rei bellice non placuit rem tantam temere incipere, ideoque, dum res disceptatur, intercepte littere pandunt omnia, qua re captus Capponcinus est et de eo capitis supplicium suntum. Legati Mediolanum redierunt intercedentibus patribus.

Verba de novatione status.

Sub idem tempus capti sunt: Andreas Senninus, Ciprianus Mangionus,... Bordonius. Hi tres iuvanili temeritate adducti verba fecerant de novatione status. Quare Potestas, qui eos detinebat, capite dannare se eos velle asseverabat: id et Prioribus et omni fere populo gratum erat, maxime quia vicinis temporibus eadem re alij dannati carcere, alij exules facti, parum timoris fecisse videbantur. Sed Potestas pridie preparata omnia, que ad decapitationem pertinebant, et in dicto loco ante portam palatij sui cum expectationem populi fecisset, eis preter omnium spem vitam donavit et perpetuo dannavit carcere. Hec res, quia per fraudem confecta videbatur, movit animos civium, quare Priores habitis populi suffragiis Potestatem munere privarunt, qui deposito officio recessit.

Potestas privatur.

Per hec tempora bellum inter Pontificem et mediolanensem Ducem vigebat, non sine suspitione Venetum Florentinorumque, qui antea ' cum eo pacem indixerant, et Pontifici tamen *c. 24 r* amicitiam et favorem prestiterant. Bellum erat imminens et non contennendum; nam Flaminij, Xarsinates, Brutii et omnes populi, qui Mari Supero adiacent, divisi alter alteri favorem prestabant. Plures civitates et oppida Pontificis Mediolanensis occuparat; exercitus partium in Flaminia enixius ad prelium parati constiterant. Comes Franciscus preerat exercitui Pontificis; Nicolaus Piccinus mediolanensi, qui et numero et potentia pares adinvicem imminebant; quare metu pares se quisque suis continebat castris, et sic nil prelii committitur. Interim consilium Ducis immutatur per hanc ferme causam: Regina, que Neapoli preerat, iam antea *Regine mors.* obierat diem; quare Regnum vacuum remanserat. Multi ad id dominium inihabant: catalani Reges tres fratres, Ranerius rex gallicus, qui et testamento heres erat et a populis vocabatur sed tunc captus in Hispania tenebatur, externi; Itali maxime duo, mediolanensis Dux et ipse Pontifex; ob hanc igitur causam res componitur inter Pontificem et Ducem. Pax dicta fuit *Pax dicta.*

---

1. florentini] *segue* d *espunto* — 6. societas] *segue* inita *espunto* - per alios decem] *aggiunta interlineare con segno di richiamo* - recepta] *segue* est *espunto* — 9. pedites] *segue* ad *espunto* — 10. galeasve] *precede* et gha *espunto* — 12. alterum] *precede* ad *espunto; segue* et *espunto* — 17. interimant] *ms.* intererimant. *Nel margine superiore della pagina:* † 1435 — 23. *spazio bianco nel ms.* — 25. capite] *precede* d *espunto* — 32. *di qui vi è una variazione nella scrittura* - Pontificem] *precede* p *espunto* — 33. Florentinorumque] *il* que *aggiunto; precede* et *espunto* - *nel margine superiore della pagina:* † 1435 - tamen] *segue* et *espunto* — 36. exercitus] *segue* utriu *espunto* — 42-43. qui.... tenebatur] *aggiunta marginale con segno di richiamo* — 44. res] *precede* omnis *espunto*

Florentie v° idus augusti. Condiciones fuerunt, ut occupata restituerentur Pontifici, qui omnia paucis post diebus recepit. Et exercitus reducti sunt.

Deinde ad bellum Regni versi animi; et iam Catalani classe imminebant. Dux mediolanensis etiam Genuensium classem in altum emiserat, que cum se invicem servarent, paucis post diebus apud Gaietam implicatur prelium; ibi et Regni cupiditate et veterato inter eos

Catalani superati.

iamdiu odio et nationum inimicarum gloria tanto infesto atrocique prelio pugnatum est, quanto unquam alias sit memorie proditum. Catalani tandem superati, Jenuenses memorabilem quidem, sed multis luctuosam victoriam reportarunt. Duodecim naves longas et sex incurvas capiunt; capti preterea duo Reges, alter paucis navibus in Siciliam aufugit; capti sunt multi nobiles; et aliorum ad tria milia, quorum multi acceptis vulneribus periere: ad mille quingentos mare absumpti. Tanta victoria elati Jenuenses domum rediere. Dux mediolanensis, postquam victoriam sue gentis accepit et Regum evenctum, ad se Reges et primiores captivos iubet ire. Ambigunt victores suam predam et gloriam insignem Duci concedere; tandem, cum enixius posceret, concesserunt. Ipse Dux, plura animo volvens, tandem de bello Regni cum eis convenit et deinde eos libere emittit. Hec res non immerito Jenuenses

c. 24 v

offendit, qui inimicorum victoriam ingrato ' Duci concesserant, et ipse eos quasi in eorum pernitiem exaltarat. Quare concepto odio remansere. Reges deinde liberi, auxilio et copiis Ducis potiti, se ad Regni prelium preparabant.

Dum hec agebantur, Nicholaus Fortebraccius, vir vastus et atrox, suis copiis pacem etruscam perturbare conabatur, et suspensos omnes tenebat, quasi non omnino sanatam malitiam etrusci belli. Sed Deus omnia sanare volens previdit paci, nam, dum hic suis copiis predo per agros .... debaccatur, quadam valle inclusus ab accolis auxilio quorundam equitum Francisci comitis, cuius fratrem detinebat carcere, aggressus vulnere accepto interiit.

Fortebraccij mors.

Bononia rediit Pontifici.

Post hec, pacata omnia citra Romam, Bononienses, qui Batistam Cannetanum civem oppinione Mediolanensis quasi tirannum effecerant, eum expellunt et ad devocionem Eugenij pontificis rediere; et exules reducti sunt, inter quos Antonius Bentivolius et Iambeccarius quidam. Hij paulo post Eugenium pontificem Bononiam ire orabant, et inclinabat ad iter iam Pontifex, nisi patefacte insidie retinuissent. Convenerant enim cum mediolanensi Duce Pontificem et urbem in suas manus tradere, quare Bentivolius Iambeccariusque capite damnati periere, et deinde evanuit seditio que ficta erat.

Franciscus comes

Per idem fere tempus comes Franciscus, dux etrusci exercitus, Florentiam venit, qui honoricentissime susceptus est, et ideo publica spectacula, ludi publici et ferie publice indicte sunt.

Genua.

In huius anni fine Jenua a Duce deficit; ob quam rem a Nicolao Piccinino varie habite sunt expugnationes, quibus contra Ienuense parum proficit Florentinis iuvantibus.

Ab exercitibus interim Pontificis, duce Patriarca, Sepulchrum obsidetur et recepti sunt. Post in Casentiniatem agrum suos duxit exercitus, ibique, Puppium et quasdam alias arces expugnans, nullam preter Veterem Pratum capit, quem castellum Florentinis donavit, et, quantum agri potuit hostilem in modum devastans, recessit.

1436

Anni sequentis principio xiiij° kalendas maias Eugenius pontifex Bononiam iter fecit, ibique per universum annum commoratur. In Etruria nihil memorabile fecit, preter quod Budrium, bononiensis agri divitem castellum, suorum militum predam fecit; quam rem crudelem

c. 25 r

et impiam quisque iudicans, merito dedignationem ' et odium vicinorum populorum in se movit. Exercitus suos Pontifex in Campania hoc anno detinuit. Ipse vero Bononia commorante, Franciscum comitem maxima exercituum vi detentus est a collegatis, ne Piccino aliisve Ducis exer-

1. ut] *segue* quisque *espunto* — 4. paucis] *precede* tam *espunto* — 6. nationum] *segue* gloria *espunto* - infesto] *aggiunta interlineare* - atrocique] *il* que *aggiunta posteriore* - prelio] *segue* infestoque *espunto* — 7-8. quidem] *segue* verum *espunto* — 10. acepti — 16. *nel margine superiore della pagina:* † 1435 — 22. *spazio bianco nel ms.* — 24. civem] *ms.* civvem *col primo* v *espunto* — 26. rediere] *segue* sed p *espunto* — 29. Bentivolius] *segue* et *espunto* — 30. que.... erat] *agg. interlineare con segno di richiamo* — 36. suos] *precede* du *espunto* — 37. capit] *precede* recepit *espunto* — 42. *nel margine superiore della pagina:* † 1436 — 43. Ipse] *precede* et *espunto* — 44. exercituum] *nel ms.* exercitū

citibus ingrediendi Flamineam et aliquid contra Pontificem machinandi esset facultas. His sic commorantibus, Pontifex per fraudem interficere Franciscum comitem pertentavit. Huius facinoris causa erat, ut civitates Marchie, quas illi olim donarat, reciperet. Re patefacta ad irritum rediit et in se incitavit Comitis animum, nec non Venetis eum fecit infestum, eo quod idem assentirent eo quod liberius Florentinis quam sibi favisse videretur. Continuit tamen se Comes, ne stipendia, que sibi a Venetis Florentinisque debebantur, aliqua in parte fraudarentur.

Dum hec Bononie tractabantur, Nicholaus Piccinus...., genuensis agri marittimum castellum, enixe debellabat; verum nihil neque vi neque fraude valuit, Baldaccio, bellicosissimo milite, enixius defendente. His sic obsessis, Cristoforus Avellanus cum alio mediolanensis Cristof. [illegible] Ducis exercitu Sanctam Petram expugnabat, ubi a catapulte iaculo ienu transfissus exanimatus est; quo casu sublata per aliquot dies expugnatio est, donec Luisyum Sanseveritanum, alterum mediolanensis exercitus ducem, Filippus mitteret. Huius adventu reintegrata sunt castra et obsessio vehementer facta est. Cum igitur res deducta in eum discrimen esset, ut hostis castellum caperet nisi auxilium inferretur, Florentie de ea re consultum est; et, ne inimicis via libera daretur ad Lucam et inde in agrum florentinum si id castellum cepissent, institutum est subvenire obsessis. Primum itaque, expiditis militibus cc, noctu per asperrimos colles in Petram presidium mittuntur, deinde ad Franciscum comitem missum, qui equites in eorum subsidium mitteret. Subito Talianum, conductorem suum, cum 1200 electis equitibus misit. Hi a Bononia per agrum mugellanum Florentiam, deinde Pisas et demum hostibus appropinquant, et se amicis inimicisque ostentant. Sic constitutis rebus, varie consulitur, apertone prelio decernenda sit res; donec hostis a se ipso recessit et liberos' reliquit obsessos. Circa c. 25 v estatis finem Piccinus, apud.... tempore inane consumpto, late pervastatis agris in Lucenses venit; cuius adventu exercitus comes Franciscus cum toto exercitu Pisas venit. Fama varia vulgabat, et tamen se quisque suis finibus continebat nil hostile gerens. Iam adventante ieme, Piccinus commeati penuria, qua Lucenses laborabant, coactus, arcem Sancte Marie, que in agro pisano erat, et multo frumento plenam, aggreditur; eam primo ingressu titubantibus custodiis et male de se confidentibus suscepit; frumentum in Lucensem deportatur et arcem presidio munit. Postmodum, cum hiems horreret et nix atra esset, Bargam, nostrorum oppidum, obsidet, ibique frigore igne mitigante plurimos dies permanet, oppidanis se audacter tutantibus. Franciscus comes optimum quenque militem suum eligit et cum iis equites aliquos, relictis equis, mittit, qui non maximo numero sed excellenti virtute per nivem et glaciem et asperrimos aditu colles ad hostes contendunt, et improviso nihil tale timentibus illis in summis se ostendunt iugis et, dato oppidanis signo, hostes a superiori invadunt. Oppidani contra infesti aggrediuntur; et sic, undique non sperantibus illis circumventis et a situ loci illius impediti, nec se tutari nec fugere potuerunt; sic superati victoriam et liberum oppidum reliquere hostibus. Inde spe deiecti per totum hiemem se in lucensi agro continuerunt satis parce viventes, ob quod equos multos perdiderunt.

Principio anni sequentis Franciscus comes alacri et bene munito exercitu ad arcem 1437 Sancte Marie primum contendit, et eam paucis diebus, vi et machinis dirutis menibus, recipit et solo equat. Inde lucensem agrum superbus intrat et aliqua munita capit loca. Nicolaus Piccinus male hibernato exercitu in Ligures et per Macram fluvium in parmanum agrum contendit ibique ad reparandum exercitum considet. Franciscus comes per agrum lucensem duobus proximis mensibus universa castella arces oppidaque vi et machinis vicit, quorum aliqua ad solum diruta sunt. Inde, cum universus ager Florentinorum esset nec quicum bellari superesset, ad obsidendam urbem versi animi, ibique munitis undique castris tote vires adducte; Luca obsessa.

---

2. comitem] *ms.* comite — 6. *spazio bianco nel ms.* — 10. ubi] *precede* ubi sed *espunto* - iaculo] *precede* ga *espunto* — 12. mediolanensi — 13. ostis — 21. *nel margine superiore della pagina:* † 1436 — 22. *spazio bianco nel ms.* — 24. adventante] *ms.* adventate — 38. anni] *ms.* annis *coll'*s *espunto* — 39. machinis] *precede* diruti *espunto* — 41. Mancram *coll'*n *espunto* — 44. dirute

nec dubium erat, quin proximis mensibus victa civitas foret et dedita Florentinis, si colle- *c. 25 r* gati nostri contra ius et fas' non impedissent. Per Venetos tunc stetit, quin Florentini Lucam minime potirentur. Quare cum in longum tempus res protrahi videretur, clam Venetis obscureque faventibus, a Francisco comite, exercituum populi florentini duce, cum mediolanensi Duce in fine anni concluditur. Huius pacis conditiones fuere, ut Mediolanensis extra Etruriam exercitus contineret suos; castra et agrum lucensem, quem Florentini belli iure occuparant, retinerent et haberent liberum suum; civitas libera remaneret, et extra menia ad tertium usque lapidem circumcirca ius et potestatem suam in agrum haberet; Franciscus comes Ducis filiam uxorem duceret. Re sic composita, exerciti reducti sunt, et cum suis in Umbriam, cui provincie dominabatur, Franciscus comes ad suas res componendas vadit. Luca hoste liberata, uti convenerant, remansit.

Piccininus in Flaminea.

Per hec ipsa tempora Nicholaus Piccinus cum exercitu mediolanensi per Flamminiam vagabatur et iam arcem Oridanam flaude occuparat, que recepta brevi fuit, et suorum equites plurimi per modilianensem agrum predabundi incursitarant. Sed postquam rem firmam et pacem factam accepit in civitates romani Pontificis exercitus impulit. Ipse, uti solitum habent, nulla resistentes vi se dedunt, et in brevissimo tempore a Pontifice recesserunt: primum Forum Iuli, deinde Imola, tum Ravenna et demum Bononia. His ita occupatis civitatibus ad eorum tutelam, quasi presidij locum, prefecit Astorem, Faventie dominum, equitibus mille. Ipse vero cum exercitibus suis in ulteriorem partem Gallie proficiscitur.

4 civitates occupate. Astorgius Faventinus.

1438

Mediolanensis in Venetos.

Iam novi anni adventante vere Mediolanensis omnibus viribus in Venetos vadit, et, agro eorum in pluribus primum depredato locis pluribusque eorum oppidis captis, ad obsidendam Brixiam tandem contendit. Per totam ipsam estatem in ea obsidione permansit, multis viribus et pluribus expensis se Venetis tutantibus; nam et maximis per terram exercitibus et armata numerata classe per Padum fluvium tutari civitatem conantur. Omnia tamen in irritum evaserunt, deficiente imperatore qui tanto exercitui preesset: classis igitur nulla gesta re domum rediit; terrestris vero exercitus, spe depositus, invadere castra minime est ausus; sed *c. 26 v* in Mantua'norum agrum, quorum tirannus cum Mediolanense senserat, predabudus pluries ingreditur, se potius ostentans, quam dignam rem aliquam perficiens. Interim Brixia enixius obsidebatur in dies, et iam hiemps advenerat imbribus et continuis pluviis insignis. Ipsi tamen omni vi strumentis machinisque civitatem obsidebant, et partem meniarum ad solum everterant et ingressionem amplam confecerant. Res fere sic in desperatione deducta, omni vi Veneti subvenire parant, et data die egrediuntur qui intus erant et a tergo Venetorum exercitus offendunt una castra et vi maxima utrinque certatur. Tandem, non sine maximo utriusque partis danno, Nicholaus Piccinus cum universo exercitu se ab obsidione retraxit et se in munito loco longe milium passuum novem se communivit. Et per reliquum hiemis sic ibernarunt in hostium observationem dannum et predam.

Reversio Pontificis Florentiam.

Hoc anno Eugenius pontifex Ferrarie degebat a Bononia illo profectus; qui res tali ordine compositas ispiciens, Florentiam redire statuit. Primum igitur oratorem suum ad componendam rem Florentiam mandavit. Deinde, re composita, venire constituit cum Grecis omnibus, quos ibi habebat. Venerant enim superioribus mensibus ad Eugenium ipsum constantinopolitanus Imperator et Patriarcha Grecorum cum multis dignissimis Grecorum prelatis eorumque comitibus numero supra sexcentos ad concordiam et unitatem Eclesie componendam. Omnes simul Florentiam proficisci convenerunt, et ad sustentationem suam a florentino populo mille et septemcentos aureos singulo mense Graeci reciperant ex pacto, et domus et multa preterea eis postea superdonate sunt ad usum et commodum. Deinde honore maximo magni-

2. *nel margine superiore della pagina:* † 1437 — 5. Duci — 11. hoste — 13. que.... fuit] *aggiunta marginale con segno di richiamo* — 17. Imola] *precede* Rave *espunto* — 20. annis *coll's espunto* — 23. armanta *coll'n espunto* — 25. exercitui] *ms.* exercutii — 27. *nel margine superiore della pagina:* † 1438 — 29. pluvis — 31. amplam] *precede* satis *espunto* — 32. qui] *segue* in urb *espunto* — 35-36. in hostium.... predam] *aggiunta marginale*

licentissimoque apparatu Pontifex Florentiam ingreditur vj° februarij kalendas. Postea vero Patriarcha Grecorum honorifice ingressus est idibus februarii et Ferrantinorum inhabitavit domum. Imperator ipse orientalis honore et magnificentia civitatem intravit xv° kalendas martias eique et suis Perutiorum edes ad habitandum date; Archiepiscopoque Rupsie, qui cum eo erat, domus Philippi Zenobi filij in via Romuleanea concessa est.

1439

c. 27 r

Vere novo et Nicholao Brixiam cominus etiam obsidente, convenctiones reunite sunt a nostris, et Florentie fedus noviter ictum fuit idibus martij; in quo una' convenerunt Eugenius pontifex, Veneti atque Florentini, et cum his Franciscus comes, Marchio ferrariensis, Dominus faventinus et alter dominus Malatesta. Cauta inter eos plura fuere, que Veneti trans Padum gerere tenebantur; cis Padum et per Etruriam Flaminiamque Ferrariensis conductus erat, milibus equitum tribus, peditibus vero mille, cum quo Faventinus esse tenebatur; comes vero Franciscus equites habebat $\overline{\text{v}}$, pedites vero millia duo, cum quo erant Petrus Ursinus cum equitibus mille et Malatesta similiter cum mille: his omnibus a Venetis Florentinisque stipendia solvebantur. Tantis exercitibus tantoque apparatui primum impedimento fuit Dominus ipse faventinus, qui in ipso rerum apparatu cum Mediolanensi convenit, a quo, accepta Imola civitate cum agro et quibusdam vicinis castellis, suis adhesit partibus. Per hec ipsa tempora Florentie decemviri designati sunt successores iis, qui decemviratum tenebant; et, ut melior sors eligeretur, sublata vetita sunt et creati fuerunt Laurentius Rodulfus, eques et doctor, Nerius Capponius, Antonius Salvestri filius, Leonardus Arretinus, vir eruditissimus, Petrus iudex Beccanucius, Leonardus Bartolus, Cosmas Medices, Alexander Alexandrius, et cum iis duo ex artificum genere. Apparatus erant ab utraque parte magni. Nicholaus, mediolanensis exercitus dux, munita stationibus Briscia, ut longa obsidione premeretur, ad Veronam contendit et ipsam omni vi obsidere conatur, sperans, si eam caperet civitatem, una claudere agrum universum, quem Veneti trans illam civitatem detinebant, in quo erat et ipsa Briscia, Bergamumque et quam plura castella digna et monita. Per hanc igitur causam Franciscus comes cum exercitu suo per Flaminiam ferrariensemque agrum in Veronensem venit. Ibique per aliquot dies refectis castris primum, postea Lodoricum, monitissimum inimicorum castellum et bene presidiis monitum, vi summa recepit. Quinque milia passuum ab eo castello munierat se hostis, nec ausus est castra exire, sed se tuto continuit, que res et spem et auctoritatem maximam tribuit nostris.

Decem. facti.

Francisci Sforze in Galliam.

Per hec ipsa tempora Florentie synodus erat, in quo opiniones quedam Grecorum disputabantur, que erant de processione Spiritus Sancti,' quem a Patre tantum volebant. Tandem convenerunt nostrisque cessere, unitaque greca cum latina ecclesia est. Et statim Grecorum Patriarcha, religiosissimus vir annis plenus, in longeva senectute fidei nostre unitus interiit. Publicatum fuit fedus et conventione firmata solenniter est die lune pridie nonas iulias, in qua die universalis assessio facta est in catredali eclesia et missa a summo Pontifice decantata; publicati canones sunt et stipulationes solenniter acte et omni auctoritate canones comprobati atque sanciti: nec multo post cum Armeniis convenctiones sancite, et privilegia atque universi harum convenctionum canones consensu partium in Palatio Florentinorum depositi ad rei perpetuam memoriam.

c. 27 r

Patriarce mors.

Assessio.

Nono augusti kalendas exercitus mediolanensis obsidionem veronensem dissolvit et in mantuanum agrum se recepit primum, mox in Briscianum, Francisco continuo, nostrorum duce, eos prosequente. Stantibus tali conditione rebus, Nicolaus Piccinus per seditionem evocatus Veronam festinans noctuque per arcem receptus civitate potitur. Quod, postquam Francisco Sforza nuntiatur, statim accelerans Veronam et ipse per arcem aliam, quam sui retinebant,

Verona amissa atque recepta.

7. *nel margine superiore della pagina:* 1439 — 26. ferrariensemque] *ms.* in veronensem *corretto* in ferrariensemque; *certo l'* in *non fu espunto per dimenticanza* — 29. ostis — 32. *nel margine superiore della pagina:* † 1439 — 34. Patriarcha] *segue* bone *espunto* — 35. solliniter — 42. mantuanum] *ms.* matuanum - duce] *ms.* dux

immissus est tertia die postquam hostis inreperat. Varie acriterque deinde pugnatum est ab hora diei xx^a usque ad septimam noctis, qua quidem hora inimicus superatus excessit[1].

Per reliquum vero temporis varie passimque bellatum, hostis Brixiam commeatu impediente, nostri spe et re subvenire curantes, donec hiems utrumque exercitum stationibus oportunis detinuit.

Per extremum huius anni, medio iam mense martio, hiems enim fuerat acerrima nec adhuc quicquam veris aparuerat, cum in Gallia quicquam geri hostile nequaquam posset, Nicolao Piccino duce, exercitus mediolanensis in Flaminiam venit.

Malateste.

Petrus Iampaulus.

Cesenatis ariminensisque Dominus, ambo Malateste, cum in federe nostro essent, hosti cedentes nostre parti per fraudem inimicantur. Petrus Iampaulus, qui nostra mercede militabat, cum illis consensit inimico, mox vero ad nos rediit non integre purgatus.

Patriarca capitur.

Cardinalis, dux exercitus Pontificis, Rome in ponte capitur a custodibus arcis et uncis ferreis trahitur sublimis; ibique non multo post moritur. Hoc illi maxime contigit, quia in suspicionem venerat patribus et prelatis eclesie.

c. 23 r
1440

Modiliane amissio.

